



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

VIII. Ea breviter refutantur, quæ Illustrißimus D. Prosper Fagnanus contra auctores Societatis adduxit in suo tractatu, de Opinione probabili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](#)

DIALOGUS VIII.

De Opinione probabili.

In quo ea breviter refutantur, quæ illustriss. D. Prosper Fagnanus contra autores Societatis adduxit in suo tractatu, de opinione Probabili.

1. PITHANOPH. **R**em sanè grandem aggressus es, Antime, & ardum revera provinciam suscepisti; qualem virum, Deus immortalis, impugnandum tibi proponis; cum sine aliqua offensione, vix unquam hujusmodi Magnates impugnari possint; honoris & observantia nobis exigunt officia, quibus colantur pro dignitate, non vero argumenta, quibus impugnentur; si pugnare libet, te committe pari; quare plurimum vereor, ut tibi res prosperè cedar & bene vertat; tritum illud huc forte quadrat,

Sus dederat panas; exemplo territus hujus,

Palmitē debueras abstinuisse caper.

Optime tenes quanti steterit doctissimo P̄t̄sult, qui auctorem istum refellere voluit; nos verò, si cum illo, quid amab̄ sumus? nescio, an sejò hæc apud te reputaris.

2. ANTIM. Ludis, Pithanophile, alioquin non levider mihi stomachum moveres; quasi verò Illustrissimus auctor ægrè unquam ferre queat innocentissimam dissertationem, cum incredibili observantia & singulari modestia conjunctam exponam dum taxat meas rationes, absque ullis verborum aculeis & stylis acrimonias; quod utinam ii fecissent, qui contra nos scriperunt; si rem illæ atque intentum conficiant, ingratum auctori, veritatis amantisimo minime accidet; cui enim viro ingenuo veritas non placet inde igitur in ejus offensionem minimè incurram: immò summæ apud eum gratia futurum, mihi facile persuadeo; si verò illæ a scopo defellant; ægrè latetur non puto, cum vel inde illius doctrina maximè confirmetur, unde novis argumentis impedita, integræ remaneat atque illibata: Christianos inter, verfamur, apud quos sius semper fuit insonti & jultæ defensioni locus; si enim fero ferrum, modò id cum moderamine fiat inculpatæ tutelæ, ut vocant licet repellitur, cur non jure pati stylus retundetur stylo? accedit, quod illud præsertim nostram defensionem summoperè commendabit, quod sanctissimos & doctissimos viros defendimus, qui cum ex hac vita decelerint, se ac sua non valent ultra defendere; id certe vita functis pii ac necessarii subsidii, absque in justitia, reculati nequit; & si pupillis tutores leges asignant, quorum est, pupillorum rem administrare, eoque ab illatis vindicare injuriis; cur de auctorum libris, seu liberis, idem non dicamus; pupilli sunt, tutoribus indigent, qui eorum causam cueantur. Abil ergo, ut justam istam defensionem ingratam cuiquam fore, arbitriter; & si vel minima hujus rei suspicio mihi incideret, gravissimam auctori Illustrissimo injuriam à me inferri putarem; vel inde certè pessimi delicti reus. Quod demum spectat ad doctissimum illū Scriptorem, cui plurimo iterum hujusmodi refutatio, illud potissimum in eo castigandum esse putarunt ii, quibus libri re-

cognoscendi traduntur, quod paulò acerùs & acerius in optimum senem scriberiri: ita ego temperabo stylum, ut nihil nisi mite & humanum & singulari conditum modestia ex eo proficiat; solvam, levertorquebo argumenta, citra convicta & contumelia; falsata loca restituam; diluam imposturas nostris affectis auctoris, at citra recriminationem; pessimum cerè defensionis genus, que bonam alioquin causam malam efficit, & infonsit defensionem novi accessione delicti conspurcat: nihil igitur inde mihi timendum est, unde una timoris causa praeditum.

3. PITHANOPH. Animos fecisti, Antime; mirum, quantum iusti timoris mihi tes illa incusserat; sed vanos pavores abegisti; unde tibi plurimum obstans sum; agamus igitur, pro more: legi attenè illud opificium, quod nobis prostar, & multa in eo refutatione digna mihi visa sunt; sed qua tandem methodo fusccepto munere defungemus? an fortè omnia discutienda esse putares? sed quis unquam finis in loca omnia ab eo laudata in examen vocanda? & cum proprio textu componenda? sed vix grande volumen huic provinciæ satis esset: quid ergo in his consiliis?

4. ANTIM. Jam indicaveram; nostros & nostra dumtaxat defendo; exter quippe defensione nostra non indigent, si quid paulò solidius afferri à se; quando existimet, vide ad nostram, eamque communem sententiam infirmandam; vide ad suam, quæ opposita, confirmandam, refellere non omittam; immo si quid ex Patribus, & antiquis Scholasticis, D. Thoma, S. Bonaventura, & Scoto, in eundem hinc protulerit, illud obiter discussiam, & pro more loca illa in bono lumine collocabo. Majoris porto distinctionis ergo, numerosab Illustrissimo auctore margini appositos, eorumque seriem accurate sequar; & ut vocum multiplicitudinem, ingratam multis, saltem ut plurimum, fugiam; Illustrissimi dumtaxat nomine auctorem illum appellabo. Agamus igitur, nam in præludiis nimii sumus.

5. PITHANOPH. num. 1. Docet, constitutiones decretorum singularibus opinioribus esse preferendas, nimirum oppositas; sed hoc nihil ad opinionem verè probabilem illa enim opinio, quæ dictis constitutionibus, vel regulis Patrum opponitur, probabilis non censetur: num. 2. davonat proprium sensum, qui juri repugnat; reedè, tunc enim proprius sensus opinionem probabilem non facit à num. 3. ad 13. Etè omnia nimirum Hominis sapientiam, aut Stititiam ex dictis quidem, sed præseruit ex factis cendam esse; item dictis SS. Patrum standum esse, nisi vel Ecclesia decretaliter statutum fuerit, vel alii Patres secus sentiant; jure item Abbatem castigari, qui dictum unius privati auctoris, in pertinentibus ad fidem dicto Papæ perperam anteponit; item judicem debere judicare secundum decreta Patrum & leges; non secundum proprium sensum, legibus scilicet contrarium; cunctahæc cile admittimus.

6. ANTIM. Neque ipsis abnuo, aliquæ citationes non ita forte probatae, utilia Augustini lib. de vera innocent. cap. 31. hunc librum apud Augustinum non invenio, nec in Elencho Possidii, nec in Indiculo Bellarmini, sed in iis minimè nobis hærendum, cum ad præsentem disputationem non faciant, num. 13, ad rem propius Illustrissimus accedit; ubi quærit, utrum in omni materia, liceat sequi opinionem quamcumque probabilem, num. 14. in summam ea redigit, quæ in reliquo tractatu discutienda sunt;

functis singulis questionibus suis numeris, à *num. 11 ad 14*, discepta controversia illa reficit, quod idem & mores non pertinent; à *num. 19*, ad 2, ita etiam excipit, quæ ad fidem & mores pertinent, & à legedeterminata sunt, aut publice determinata secundum Ecclesiæ autoritatem; in his autem, ab Illustrissimo admitti *opiniones*; quāsi vero de articulis certa fide firmatis & ab Ecclesiæ determinatis opinio esse queat; quisquis tenet definitos articulos, opinionem non ducitur; quisquis vero de oppositorum probabilitate opinari minime censens est in hoc sane Adversarii nostri communiter erant, quod non distinguunt opinionem probabilem ab improbabili, item certò probabilem à probabiliter tantum probabili; eam demum, quæ re ipsa est verprobabile, ab ea quæ tantum videtur probabili dicitur; talis monsitr.

7. *PITHANOPH.* His exceptis, remotisque à praesentis controversiæ, ad punctum difficultatis tandem venit, *num. 27*, nimirum ad calum, in quo de arcu quæ sunt lege determinati, nec secundum Ecclesiæ autoritatem publice tenentur, quamvis aliqui hanc materiam quæruntur, ut sequi licet quicunque opinionem probabilem: subdit autem doctrinam de libera electione opinionis probabili nostris temporibus introductam esse, & nullum pro illud hinc laudari, qui ante 100. annos sicutem unde veler hoc capite, doctrinam illam valde subdam, novam, & à consuetudine Ecclesiæ embatim sedicit. Statim quæstionis mutavit illustrissimus, nec enim hoc asservimus de quacumque probabili, nec probabilitate tantum probabilem, nec ergo videatur tantum aliquibus probabili, licet probabis reverè sit, satis esse putamus ad recte ostendendum, certò ac verè probabiles dumtaxat admissim; hoc impugnandum fuerat Adversariis, qui interierant hostem, quem impugnarent: negavut, doctrinam nostram, nostram, inquam, non nobis affectam, vel suspectam esse; inde dictum potius est, omnes hujus seculi Theologopraeputi, aut quinque demptis, quorum auctoritatem feramonti est, si cum auctoritate omnium aliorum doctrina, eruditio, prudentia & sapientia longè posteriorum conferatur; suspectum, tamen potius est, omnes illos Theologos, qui Lutheanus, Calvinistis, aliosque Novatores strenue proponunt, ut si ipsos traducere: negamus item, ut deinde, & à centum annis dumtaxat ortam, quæcumque remissis congressibus non semel laudati centum annos non scriberint; novam igitur negamus, inquit potius oppositam, eo modo salvo quod à suis defensoribus traditur dictæ novitatem, ut si pessimum vitio laborare contendimus. Hoc profectò non erat, quod Adversarii hoc argumentum à novitatem nota petitum contra nos tollerent, quod jam ab aliquot annis Petrus Molanus contra Ecclesiæ Romanam, eamdem materiam, etiam confuterat; illud faltem conatur, opus nostræ sententiam ab omnibus Novatores apud nos, Lutheranis, Calvinistis, aliosque defensione susseveriderat; igitur aequi Judices, utrius nota invenenda sit in materia de auxiliis, alijs forte similes videbimus.

Antim. Ita est, nos enim novitatem Adversarii nobis vicuum opponunt; negamus deni-

que, nostram sententiam à consuetudine Ecclesiæ exorbitantem esse, quasi vero, consuetudinem Ecclesiæ tam multi, iisque peritissimi, & doctissimi Theologi, iisque omnis Ordinis & Clasis, Abbates, Episcopi, Cardinales, Pontifices, Doctores, iisque milleni perspectam non habeant, & eamque melius norint; quatuor, aut quinque longè dispersi nominis & auctoritatis, sed ut sapientissime monuit Illustrissimus, *num. 3*, istorum factis potius, quām dictis standum esse putamus; id porro, quamvis alioquin gravissimè, in modo & acerte contra nostros autores dictum, Illustrissimo facile condonamus, cui reverè per summum nefas impositum fuit, negari à nobis, ad rectitudinem operationis moralis, requiri judicium practicum, seu dictamen certum de honestate actionis; sed satis esse probabile, ut habet, *num. 24*, quod tamen nullo modo negamus; & si forte unius, aut alter, inter tot, qui dictamen illud certum esse volunt, salem moraliter, quos in superioribus congressibus appellavimus, secus sentiat, numeroso aliorum manipulo contenti, cum eo minime sentimus; Thomam Sanchez, & Gabrielem Vaquez ab ea nota jam vindicavimus; inquit illius verba disertè recitavimus, quibus ipse tum judicium illud practicum certum, tum etiam certam probabilitatem adstruit; & si quando dicti autores judicium probabile dicere videantur, de speculativo intelligi debent, nimirum singulari, aut si de practico, physicam tantummodo certitudinem, non vero moraliter insificantur, nihil enim vetat, judicium aliquod esse tantum probabile physicè, cum tamen moraliter certum sit. Quod autem dicit, *num. 23*, certitudinem moralē haberet non posse in opinione probabili, nimirum in illius usū & praxi, ex sepe demonstratis falsissimam esse constat; uti & illud opinionem probabilem à nobis assumi pro regula actionum moralium, cum reverè judicium practicum, seu dictamen rationis immediatam, & proximam regulam esse, dicamus operationum moralium: quod demum spectat ad Candidum Philalethum, notoriū est, nolite illum sententia minime suffragari, sed oppositæ, quamvis id nobis parum, aut nihil cordi sit; illum quippe auctorem tanti non facimus, ut nostræ inde sententiae aliquid momenti accedere posse credamus, aut etiam detrahim.

9. *PITHANOPH.* *num. deinde 25*, tres gradus probabilitatis distinguit: Primus est, quo aliqua opinio probabilis adstruitur, nulla tamen comparatio facta cum opposita, an scilicet ista sit æquæ, aut magis probabili. Secundus, quo pars utraque aequalis probabilitatis statuitur. Tertius, quo altera, nimirum opposita probabilius & tutior. Deplorat autem Illustrissimus nostri temporis corruptelam, qua ita fere omnes Theologos infecit, ut dicant, quilibet conscientia illam opinionem probabilem sequi posse, nimirum in praxi, quæ affirmat, inquit, actum esse lictum, & subest peccati periculo, in quocumque ratiendi probabilitatis gradu, extribus scilicet appellatis collocetur; rem sanc novam, antea etis scilicet inauditam, gravissimis periculis involutam: at si tutam conscientiam esse volunt, hujusmodi laxatum, uti vocat, & novitatum autores, igitur non dubiam, nec incertam; tutæ enim certæ est, ut patet ex terminis; conscientia porro nihil est aliud nisi dictamen rationis, seu judicium practicum proximum & ultimum, quo usus talis, aut talis opinio, prudens, lictus, honestus, judicatur; exigunt igitur certitudinem, salem moralē ipsius conscientiae; cur ergo illis oppositum imponitur? nunquid

etiam in hoc Illustrissimus sibi contradicit, dum afferit; ab appellatis auctoribus certam & incertam seu probabilem conscientiam statui; deinde non jam per opinionem, vel certum opinativum, actionem est licitam, dicimus, sed per judicium practicum, quod certum est, non opinativum, ut in superiori congresu contra R. Marinarium firmatum est. Deinde non quam diximus, nec dicemus unquam, opinionis vere & certò probabilis usum peccati periculo subfesse; & multo minus, per oppositam probabilitatem actionem illicitam adstrui; repugnat enim, cadem actionem licitam & illicitam certò judicari.

10. ANTIM. Sed ad auctores citatos, num. 26. veniamus, appellat Sanch. in Decalog. lib. 1. cap. 9. num. 4. ubi, inquit, 17. auctores pro sua sententia laudat, qua scilicet opinionem minus probabilem & minus tutam quemlibet sequi posse, affirmat; id quidem non, num. 4. sed 14. & illud minus tutam non accipit adversative, quasi tutam non sit, sed comparative; ita ut opposita tutor sit, non certe formaliter; tutum enim, ut saepe diximus, in individuo positum est, sed tantum formaliter: & ibidem disertè afferit, id fieri absque peccandi periculo, nosque operari cum morali certitudine, qualis in opinione probabile, nimur in illius usu & praxi reperitur, hæc dicitur sunt Thomæ Sanchez verba: unde constat, hæc ipsi ab Illustrissimo imponi, quod nullam certitudinem in hoc admittat, & cum periculo pecandi quemque licite operari posse: quod ad Sua rem pertinet, in aliis congressibus evicimus, ab eo certam statui conscientiam. Imponit etiam eidem Sanchez, num. 27. quasi ad omnem materiam, doctrinam illam extendat; cum tamen Sanch. num. 22. nimur in eo loco, quo ab Illustrissimo citatur, discriberem latum agnoscat, inter Judicem fori externi & interni; nempe ille inter partes, inquit, à Rep. ita constituitur, ut secundum id, quod magis quam est, id est, secundum iura probabiliora, lentiorem ferat; illud porro, quod dicit, in omni materia procedere, intelligitur de consilio alteri dando; ita ut consiliarius secundum quamlibet opinionem vere ac certò probabilem, licet ipse oppositam sequatur, vel probabilitatem repueret, consilium dare possit, idque in omni materia. Quod autem Sanchez opinionem dumtaxat certò probabilem admittat, patet ex iis, quæ scribit sub finem, num. 18. qui tamen dubitet, inquit, an aliqua opinio esset probabilis, nequit tutam conscientiam illam sequi, num. item 28. & 29. eidem Sanchez assingitur, quod dicat, à Magistris in scholis doceri posse licite opiniones minus probabiles; hoc tamen Sanchez non dicit, imò contrarium afferit, eos peccare, saltē venialiter, quia, inquit, nonnullam discipulis iniuriam irrogant, num. 26. modo tamen opiniones illas vere probabiles reputent; si autem inde gravis injury auditoribus inferretur, ex principiis Patris Sanchez gravis Magistri culpa esset.

11. PITHNOPH. Imponit ibidem num. 27. Gabrieli Vasquez, quasi doctrinam illam opinionis minus tutæ ad omnem materiam extendat, d. quest. 19. art. 6. d. 63. num. 3. quod certè ibi non dicit, sed tantum à quibusdam recentioribus doceri afferit; imò contrarium tradit, v.g. cum agitur de administratio ne Sacramentorum, in qua varietas opinionum non versatur circa questionem pure moralem, quæ scilicet queritur an hoc, vel illud agereliceat; sed circa Sacramenti opus, utrum scilicet hoc, vel illo modo, integrè fiat; tunc enim cap. 2. num. 4. diserte statuit, servandum esse morem & consuetudinem Ecclesiæ,

qua revera talis ³ terra dumtaxat materia, au forma, citra casu, necessitat^s, in confectione sacramenti adhibetur; idem etiam statuit cap. 3. p. totum, ex obligatione charitatis erga proximum, perperam igitur Vasquez imponit, quod in omni casu, licet se qui opinionem minus tutam, in administratione Sacramentorum. Quod pertinet ad Advocatum, nihil habet Vasquez, disp. 6. 4. cap. 1. in quo auctores omnes non consentiant; nimur proprie posse ab Advocato. Judici omnia clientis juraverè ac certò probabilia, licet oppositæ partis cauam probabilitatem judicer; semper enim anceps & dubia causa remanet; & fieri potest, ait Vasquez, ut causam illam probabilem jude ex reputet, quam Advocatus minus probabilem esse censuit; imò Sanchez addit hanc limitationem num. 54. nisi pars dictis sit parum probabilis, & in quam, aut nancum, aut raro Iudices inclinent; Sanchez igitur vult, eam probabilitatem adesse, quæ faciat, ut judices in causam non raro inclinent, ad hoc ut Advocatus defendandam suscipiat. Idem Salas fuit dict. disp. sett. 11. num. 104. cur ergo Illustrissimus virique imponit, quasi docerent, quamcumque causam minus probabilem ab Advocato licite defendi posse; accedit, quod in eo casu Sanch. num. 53. Advocatum & clientem obligata erogandam elemosynam, adversæ parti, casu quo in gravem inopiam incidet.

12. ANTIM. Transit Illustrissimus ad num. 10. ubi virtus vertit Gabrieli Vasquez, Sanchez & Salas, quod dicant consiliarium, modò juxta unam, modò juxta oppositam partem consilium dare posse, etiam si hanc minus probabilem & minus tutam repueret. Sanchez loco citato, nimur num. 20. nihil habet de minus tutâ, sed tantum de minus probabili; nihil autem est consulere, nisi docere petenti consilium, hanc opinionem esse vere probabilem, ac proinde licitum & tutam, quem hic auctor semper reputat; & si consiliatori licet eam sequi, cur non alceri qui ab ipso consilium petit? multas autem limitationes addit Sanchez, quas Illustrissimus dissimulavit. 1. quod melius sit, juxta eandem semper opinionem consilium dare. 2. quod ipse consilior declarare debat, oppositam esse, aut saltem sibi videri probabilem. 3. limitationem addit Vasquez d. disp. 6. 4. cap. 14. quod non possit consilior minus probabilem consilere, sed tantum probabilem, quando agitur de imponenda consilium petenti aliqua obligatione, v.g. restituendi. Idem Salas sett. 9. num. 8. quia durum est, hominem ad id obligare, nisi probabilius sit, illum teneri: addit tamen Sanchez, num. 21. non videri à se, cur ipse consilior indicare etiam non possit consilium petenti oppositam opinionem, quæ dictæ obligationi eximit, vere quidem licet minus probabilem esse, ac proinde tutam: sed apponamus verba Illustrissimi, imò Sanchez, inquit, dict. cap. 9. num. 20. dicit, posse consultores amarum modò juxta unam, modò juxta aliam opinionem consulere, & quandoque prudenter facere, minus probabilem & minus tutam opinionem consulendo, quando judicant, probabilem, difficile fore petenti, vel consilium petenti. Sanchez tamen d.n. 20. hæc tantum scribit, quare poterunt hi, nimur viri docti, modò juxta unam, modò juxta contraria opinionem consulere, quamvis melius sit, semper juxta eandem & maximè inscriptis, ne varijs deprendantur. Quid dissimilius? copulavit autem Illustrissimus primam clausulam, modò juxta unam, &c. num. 20. cum alia, & quandoque prudenter, &c. que

et quod in quo tantum auctor assit, posse considerandum à viis dochis juxta probabilem aliorum opinione; nullus error cuiquam tribui non posset. Egregie quidem Malivis open specimen & argumentum: denique ibidem Patrem Sanchez traducit, quasi dictum, utram illam esse in conscientia, qui propositorum habet, varios auctores consulendi, donec aliquem, juxta desiderium suum respondentem inventandum hanc dicit, Pithanophile, statim hominem ebi proposon, qui malafide, nulloque veritatis indigente studio ductus, sed tantum Doctoris ad libitum respondentis inventandi, hoc agit: quidlibet alio P. Sanchez: audi quæ eximium auctorem, num. 29. uti male allegatur, pro more, sed num. 24. Altham & Navarus dicunt, hunc in malo statu esse, quod libet habet proppositum varios D.D. consulendum, donec aliquem ad libitum respondentem inventum habeat, ut hoc intellige, quando hic non recta veritatis indagatione, sed inveniendo Doctoris ad libitum respondentem sufficiat, & hinc potius, quam aliud fidem habet, nulla predicta magis huius peritis ratione ductus, nec amplius investigata, area opinio probabilis sit. Alium, opinio, et huius volunt agnoscit, ab eo quem Illustrissimus fingere voluit, addit deum Sanchez, id hinc potius tam ab eo, qui recta investigandi intentione, an illa opinio sit revera probabilis, animo fuisse nisi malo efficiunt, sed id solum, quod sibi licet, etiam; cum ius sit unicuique, ius suum protegendi, & quod quicquid in his non rectum, non sint, & doctissimo atque pessimo auctore non erit.

¶ PITHANOPH. num. 31. & 32. longè gravius impone Thome Sanchez, quasi doceat, num. 45. quod iudicem, omisa probabilior, secundum minime probabilem licet judicare; nihil tale Sanchez, dicitur, in quo non agitur de probabilior, sed deprobabile, etiam probabile, non ita quidem, ut apparente probations æquales sint, quia rursum pars dividenda est, sed tantum, quando diversas opiniones ex parte Iudicis sententia postulantur, num. 46. alium catum proponit, an instantanea probabilitas inæqualitate, Judge sententiam minus probabilem, sententiam ferre possit, non multo id alienentes, ac proinde negare non possit esse probabile, num. tamē 47. probabilior juxta Vasquez, tamē iudicem, ferre sententiam juxta minimum probabilem; unde constat, ad defensionem auctoris, oculis dumtaxat, non ratiocinatio argumentis opus esse.

Ad. 31. Transtrad Medicum, num. 33. Illustrissimus primo nota: Valentian & Sanchez, quod nullum supponente remedio certo, & ægri salutem desperata, posse Medicum, creperum & dumtem medium prescribere, licet haec sententia longe probabilior sit opposita; quando scilicet probabile, profuturum, licet probabilis sit, noxiū antebitaculum, hoc tantum medicamentum superponit, probabilis spes salutis ægri, si non certa mors, crudelē profecto sententiam, & cunctum vitam infam, qua negaret quispiam, in causa, dictum remedium licet adhiberi posse, ut res ladi nostri reformatores, non modo auctorum, verum etiam corporum saluti adversari, non ponit autem Azor, ibidem & Salas Illustrissimus, quod scilicet, inquit, doceant, dubium medicamentum, non tantum si aliud certum non posset, verum etiam si præsto sit aliud certum, a coadhiberi posse; quos refert, inquit, licet non se-

quatur Sanchez num. 41. quot certè verba, tot falsimonia: nam 1. de his ne verbum quidem Sanchez, dicit. num. 41. 2. num. 39. refert illos Sanchez cum Vasquez, pro ea sententia, quæ negat, medicamenta dubium adhiberi posse, etiam si aliud certius non suppetat, & ægri salus desperata sit; unde est, quod rideas, Pithanophile; negant Azor & Salas dubium medicamentum adhiberi posse, etiam si aliud certum præsto sit: nisi hæc sint repugnantia, quid unquam repugnet, non video: equidem ubi non agitur de medicamento, licet nullum certum suppetat, ut fere semper, nec ægri salus desperata est, sed tantum de opinionibus probabilibus, quæ inter Medicos disputatione utrumque, Azor & Salas cum multis aliis docent, posse Medicum ea uti, quam verè probabilem quidem, licet minus probabilem credit, eosque in hanc rem citat Sanchez num. 40. sed longè alia quæstio est, ab ea, quam Illustrissimus proposuit.

15. PITHANOPH. num. 35. & 36. accusat Sanchez, Vasquez & Salas, quod licet, in administratione Sacramentorum, adhibere materiam incertam, etiam si certa suppetat, et tamen lege, ut non sit contra Ecclesiæ consuetudinem & obligationem charitatis erga proximum; demus, id non esse, contra Ecclesiæ consuetudinem; inde opinor, sequitur juxta Ecclesiæ consuetudinem esse, nempe inter duo contradictionia medium nondatur; quis autem neget, Ecclesiæ consuetudinem & usum pro certa lege haberet; quisquis igitur juxta consuetudinem & usum id ageret, non modò non peccaret, sed rectè defungit officio censeretur. At Sanchez, Vasquez, Salas, aliqui nunquam negarunt, uti materia incerta, quando certa suppetat, esse contra Ecclesiæ consuetudinem & usum, item contra obligationem, seu præceptum charitatis erga proximum; optimè igitur doctissimi auctores scripserunt, semota Ecclesiæ consuetudine contraria, vel usu, seu præcepto saltem tacito, præcisò item præcepto charitatis erga proximum, que duo semper interveniunt, nullum aliud caput esse, ex quo efficaciter probetur incertam illam materiam adhiberi non posse; illa enim ratio, quæ à reverentia erga Sacramentum petitur, ut optime prædicti auctores obseruant, in omni alia materia militat, in qua semper aliqua reverentia ratiæ habetur erga Deum, superiores, res sacras, &c. Sed quid hic hæc oī cum P. Stephanus Dechamps in sua quæstione facti cui locum in hoc apologetico jure ac meritō esse voluisti, Antime, cap. 8. luculentiter evincat, auctores Societatis, communis sententia, de tenenda opinionem minus probabilem, quam in scholis communiter receptam, vel, ut ait, dominante repererunt, pluribus adhibitis temperamentis molliisse; primò enim, in materia Sacramentorum falsam esse pronunciarunt Suarez, Vasquez, Sanchez, Granado, Salas, Becanus, Filliuci, Layman, Gordon, Oviedo, Amicus, Ariaga, Palavicinus, Bresserus, Mascarenhas, Busembau, præter alios multos, quos reticuit; 2. in eo quod Judices spectat, idem fere, quibus addit Valent. Tanner. Coninx, Castro-Palao, Baldell. Fragos. Mart. Perez. 3. respectu Medicorum, idem qui pro materia Sacramentorum. 4. qua parte Magistros spectat, pro qua eodem etiam citat, appellatis fideliter auctori locis; non erat igitur, Antime, quod Illustrissimus vestris in hac parte item moveret, quos potius vel hoc nomine laudare debuisset, quod in hoc, unanimi fere

fere conspiratione, eidem prælufissent, ad restituendam nimiam nonnullorum Theologorum laxitatem, aut licentiam.

16. ANTIM. num. 37. & 38. Patrem Sanchez notat quod dixerit dict. cap. 9. a num. 27. ad 32. poenitentem, qui verè probabilem opinionem sequitur, modò cetera adhuc, esse dispolitum ad beneficium absolutionis à Confessario recipiendum, licet hic oppositam opinionem sequatur: supponit autem Sanchez, dictum poenitentem virum doctum esse ac peritum; quis autem negat, illum uti jure suo, & nullo jure Confessarium posse illum ab opinione verè probabili dimovere, aut negare absolutionem, nisi sententiam mutet; citata in hanc rem Sanchez, dictis locis, plusquam viginti auctores magni nominis, nec ullum dubium est, quin hæc longe probabilior sit, quam opposita; parum abest, quin certam dicam, præsertim cum de docto poenitente agamus, quem s' ex numero, longè Confessario doctorem esse contingit; tum deinde eundem Sanchez carpit, eo quod dixerit, dict. cap. 9. num. 35. Sacerdotem jurisdictione probabili utentem non peccare, licet minus probabile sit, eum tali jurisdictione pollere; tam multis auctores addensavit Sanchez, lib. 2. de matrim. disp. 22. in fine, pro hac sententia, ut revera prudenter negari non possit, eam verè probabilem esse; accedit, quod nemo rerum suarum & juris probabilis usu interdicendus est, si posse faveat, ut in hoc catu, præsertim cum defectum juris, teu jurisdictione supplere possit Ecclesia, ac prouinden- luum insit irripi periculum Sacramenti, per I. Barbarius, ff. de offic. Pratoris; & longè dispar est ratio materiae, aut formæ tantum probabilis, dispositionis poenitentis, potestatis Ordinis ministri, quarum defectum supplere nequit Ecclesia, uti supplere potest defectum jurisdictionis. Miror igitur maximopere, quod Illustrissimus super hoc tam multi, infinibus auctoribus item moveat, non sine multa bille.

17. PITHANOPH. Profert Illustrissimus, num. 43. duo exempla, ut probet, ineptissima & periculosissima illa remedia esse, que ab iuio probabilium ac- cerfuntur: Primum exemplum est, quod cum is, qui tenet ut restituere centum auro eos, non posse absolviri, nisi totum & statim integrè reliquiatur, id est, si cum possit restituere, sine justa causa restitucionem differat; contrarium tamen doceat Molina, tom. 3. tract. 2. disp. 153 num. 1. aliud exemplum est, quod cum sit probabilis, famulum non posse ducere concubinam in domum Heri: Azot tamen, part. 2. lib. 12. cap. ult. quest. 8. famalis hoc ipsum permittat, salutaria profecta remedia, que afferunt hominibus, inquit Illustrissimus maximam conscientię serenitatem; tum deinde sub finem hujus num. 43. sperare se dicit, Dei fructus clementia, qui veritatem diu latere non sinit, illam ex tenebris eruere, & doctrinam illam pruidentem auribus ac fere omnium mentibus infixam, quam Novatores à semita veritatis recedentes in mundum induxerunt, omnino convaletere.

18. ANTIM. Quod Novatores viri eximii, de quibus supra, ab Illustrissimo dicantur, doleo certe, sed magis miror, toti gitur actanti Pontifices, Cardinales, Praesules, Doctores omnis generis, instituti & gentis, Novatores censendi sunt: absit; non retor quebo tamen, & mera convitiorum expositione contentus, ea fatus vel inde reselli, mihi facile persuadeo. Pro secundo exemplo nullum ex nostris appellat; gratulator, quod certe non omisisset, si forte ali-

quis occurrisset; unum Molinam pro primo nomi- nat, tom. 3. tract. 2. disp. 153. num. 1. nihil Molina rale hoc loco, sed tantum disp. 753. num. 1. sed debuisse et ad- dere Illustrissimus Molinam hinc loqui de restitu- ne latè sumpta, hoc est, quæ ortum non habet et inusta acceptance, nec ex parte re accepta, sed ex contractu, idque in eo casu, in quo debitor habeat verum aumum solvendi, & certò futura sit solutio, nec ex dilatatione detrimentum ullum sequatur credi- tori, nec lucrum cesseret, & mora parva sit, quam creditor gravat non ferat, & debitor agre tunc & difficile solvere posset, in hoc casu, inquit Molina, debitor non est facile damnandus culpe lethali; & licet Confessarius urgere illum debeat, ut solvi, non tamen facile condemnare debet culpe lethali, aut absolutionem denegare, si reliqua dispositiones adsint. Additautem Molina, num. 2. quando agi- de inusta rei acceptance, et detentione, restitu- nem statim faciendam esse, idque sub lethali culpa reatu; quantum hic Molina ei sit dissimilis, quem Illustrissimus proponit, nemo non videt, & verò fuisse in votis, ut per se ipsum Illustrissimus audiu- rum monumenta confulere & recognoscere potest, non peralios, qui dubio procul omni optime & doctissimo feni imposuerunt.

19. PITHANOPH. num. 44. ad rem proprius acc- dit, & querit, an in moralibus, sequi licet opinionem probabilem, præcisa omni probabilitate pars opposita, id est, an opinio probabilis per se sit regula morum, seu in morali materia, hincut ut opiniari; ut verum fatear, mirabilem istam questionem non capio; miserum me, qua enim ipse ad deciden- dam questionem accedere valeam, cum vel ipsum quæstionem minimè intelligam, si enim omnis parti opposita probabilitas a me præscinditur; pars econ- tè opposita probabilis dici à me non potest; igitur neque illa probabilis statui; si enim pro parte oppo- sita, sit certa lex, jam non opinio, at certa sententia est; igitur illa mea de qua quærunt, an licet ea uti, im- probabilis est, nempe ut jam toties diximus; una pars certa est, altera probabilis dici nequit, igitur improbabili est; contra vero, si pars opposita nullo gravi, aut rationabili motivo gaudet, improbabili cenfetur; ac prouinde certa, de qua insticuit quæstio; male igitur queritur, imò pessime, ut præcisa parti opposita probabilitate, opinionem probabilem sequi licet. Illa porro explicatio que adducitur in questionem ipsum non quadrat, cum ab ea diversa sit; nihil enim vetat, licet tum esse opinio- nem probabilem sequi, vel ea uti, licet opinio pro- babili regulam morum non sit; nempe regula morum, formalis scilicet, est ipsum judicium practicum certum, ut jam toties diximus, seu dictamen ratio- nis. Altera etiam explicatio minus apposita est, quamvis enim daremus Illustrissimo, netas esse, opinio- nem sequi in praxi, non tamen inde sequentem, illicitum esse, in materia morali opinari, id est, eliceat judicium speculativum circa objectum morale, seu quod idem est, ad mores pertinens; unde vix credi- derim, questionem illam ab Illustrissimo rectè deci- di posse, que ab eo ita proponitur, ut sit à subiecto suppositio, ut vocat.

20. ANTIM. Facetur doceat, num. 45. unam ele- omnium fere recentiorum Theologorum, & Juri- peritorum sententiam, non peccare illum, qui opinio- ne probabili uititur, vel eam reduci ad proximi- ita. Est; modò scilicet verè ac certò sit probabilis, fatetur, inquam, esse fere omnium, imò illud, si re- reticeri potuit; unus enim vel alter, intertot, pro-

tum possumus? at si in his, certa veritas inveniri non potest, sed tantum probabilis? nihil animalius est veritas, nisi conformitas cognitionis cum objec-
to, ut communiter definitur in Scholis, non verò indubitate rei certitudo, ut minus appositi glossi illa porro conformitas, vel certa est, quia certitudo est modus quidem veritatis; vel probabilis, id est, cum aliqua formidine conjuncta; ac proinde quis quis opinioni, quam verè probabilem esse certò cognoscit, prudentem assensum præbet, in veritatem obiecti fertur, quamvis aliquantulum formidet de oppo-
sito, & si opinione illa utatur, certò judicat, honestam esse, & abesse peccatum, firmis ac solidis moti-
vis, rationibus & consiliis dicitur ad operandum; nec utitur propterea opinione probabili pro regulâ morum, sed statuta opinione verè ac certoprobabilis, habet regulam certam in iudicio pratico certo,
quod circa usum dictæ opinionis elicet; antequam operetur; quod verò spectat ad locum Bernardi, jam illum Stubrockius explicuit, & in bono lumine collocavit: & verò electio opinionis certò probabilis est electio veritatis, ut conitat ex dictis; licet enim opinio ipsa falsa esse possit, quod tamen assensus ille prudens sit, & uis illius honestus, falsum esse non potest. Sed hæc jam toties enucleata, inculca-
ta, & firmata fuerunt, ut denuo regerere quasi pu-
det.

22. ANTIM. Probat 2. num. 66. ex Aristotel. lib. 6. de
morib. cap. 5. ubi vult, prudentiam esse cum vera ra-
tione conjunctam; unde cum opinio non fundetur in ratione vera, à prudentia distinctam esse, necesse est: quis amabo negavit unquam, opinionem distin-
guiri à prudentia: hoc tamen non facit; quin usus opinio verè probabilis, sit prudens, & judicium praeteticum, quo tales usum prudentem & honestum judicamus, in vera ratione fundetur; cum certum esse, constet: deinde opinio ipsa formalis verè probabilis, est prudens, id est, à prudentia imperatur; cum scilicet ex ratione vera, id est, ex gravibus & rationabilibus motivis procedat; adducit alium locum S. Bernardi ex lib. 5. de consil. cap. 3. non 2. ut per errorem forte Typographi scripsit; quid porto hic mellitus auctor; quomodo superna, Dens sci-
licet & Angeli, à nobis investiganda sint, intellectu nimirum, fide, & opinione, ita tamen ut nec fides hæsit, loquitur enim de fide divina, nec opinio certò afferat; sed quid quælo hæc ad opinionem probabilem in moribus tertio probat n. 68. ex Arit. lib.
3. de anima non 2. ut dicit, cap. 3. ubi docet, intellectum rectum dirigiri à prudentia, scientia, & opinione vera; unde, inquit, excludit opinionem probabilem, cum hæc falsa esse queat, sed profecto hic locus nostra potius sententia faverit; nam cognitionem certainam ab incerta distinguere; incerta dicitur opinio eaque vera, id est, vere ac certo probabilis, seu in motivis gravibus & rationabilibus fundata, nam opinionem probabilem ab improbabili Philosophus optime distinxit, quod tamen adverfati-
sti nunquam facere voluerunt, probabilis dicitur vera opinio, id est, cum ratione conjuncta; & verò si a Scholis opiniones probabiles explondent, quid amabo Theologi, Philosophi, Jurisperiti, Medici docerent? locus ille Lactantii ex lib. 3. inf. cap. 27. non 25. ut scribit, stultissimi est hominis, inquit, præceptis eorum velle parere, quæ utrum vera sint, an falsa, dubitatur, ad rem etiam non facit: agit hoc loco Lactantius de doctrina cœlesti, quam cum placitis gentilium Philosophorum comparat; aitque, stultissimi hominis esse, doctrina illorum, quæ incerta

incerta est, adhærente, & Christi doctrinam, quæ certissima est, postponere; quid porro hæc ad propositam questionem? 4. probat ex eo, quod prudenter, quæ tendit ad verum, uti non possit opinio probabilis: non utitur opinione probabili, ut proxima operationis honestæ regula, sed judicio practico certo, ut sepe diximus.

23. PITHANOPH. Eodem recedit quintum argumentum, num. 69. ubi dicit, judicium probabile non esse virtutem, ita est, sed negari non potest, quin sit actus à virtute imperatus; et enim assensus prudens, modò certò constet, opinionem esse verè probabilem: deinde judicium practicum certum omnia supplet, quia à prudentia desiderantur; quo nimirum operans certus est, se prudenter & honestè operari; est enim proxima moralis prudentiæ regula; unde argumentum à Picolomino peritum corruit, quod certe valeret, si nullum esset judicium practicum certum. 6. argumentum extat num. 70. & 71. in quo dicit, ad rectè operandum, requiri certitudinem saltem moralem de rectitudine operationis: rectè profus, idem & nos dicimus; unde habemus judicium practicum certum, circa dictam rectitudinem versans, de quo jam sèpsum; unde fallum esse constat, illud quod subdit, eum qui uitit opinione verè probabili, hanc certitudinem non habere; quare male infert, opinio est incerta, judicium igitur practicum est incertum; falsa est consequentia, nam dicetamen illud non est opinativum, sed omnino certum, ut jam sèpsum supra: eodem modo sententiam probat Illustrissimus, n. 72. repugnat, inquit, idem judicium esse incertum ac certum, est, sunt omnino duo iudicia, eaque diversa, etiam ex obiecto; alterum speculativum probabile tantum, ac proinde incertum, alterum verè practicum omnino certum; & frusta quo ad hoc allegationes multiplicat. Octava probatio, qua habetur, num. 72. portioris conditionis non est; non potest, inquit, idem actus esse probabilitet tantum licitus & certò licitus, in hoc etiam fallitur, nam per judicium practicum ille actus humanæ operationis certò licitus cognoscitur; si certò, nulli ergo discrimini operans se ferme commitit. Num. 74. sequitur nona ratio, petita à similitudine administratoris, Medici, & nauta, imperitorum, ac sèpsum fallentium, quorum opera nemo prudenter uti potest: igitur nec opinione probabili, ut regula conscientiae Christianus prudenter uti potest, cum sèpsum fallat; sed hic paralogismus eodem viito laborat, nec enim opinio regula est conscientia, sed ipsum judicium practicum, quod nimirum fallit. A num. 75 ad 77. decimum ex eo deducit argumentum, quod auctoritas unius gravis auctoris opinionem probabilem faciat; & tamen in jure, quædam opinio Perpiniani dubitatio appellatur; unde concludit, opinionem probabilem certitudine carere; quis hoc negat; sed quid indecum judicium practicum semper certum sit: ex his autem observa, cum opinione dubitationem seu formidinem semper esse conjunctam; non tamen eam quæ omnem assensum sustinet, quæ est dubitatio propria, qua intellectus anceps remaneat, sed improoria & latè sumpta, qua nihil nisi formidinem sonat. Undecimò demum ibidem sic ratiocinatur; omnis opinio probabilis est eligibilis, nimirum verè ac certò probabilis; sed omniscontroversa est probabilis; certò nimirum & verè, quod falso est; si enim sit controversia de probabilitate, non est certò probabilis, ac proinde minimè eligibilis; si de veritate obiecti, & pars utraque motus gravibus & rationalibus

fulciatur, extra certitudinem alterius, fatetur cum his restrictionibus licitum esse illa uti; unde nullum sequitur absurdum, nullum salutis periculum, ut dixi; imò hoc argumentum nimis probat, cum in controversiis oppositis, verè ac certò probabilibus, nesciri possit, ultra sit falsa; eliges tertiorem; sed hæc potest esse falsa, sive sit probabilior, sive minù probabilis, falsam igitur eliges, ubi ergo erit illud verbum verax? Ubi veritas in intellectu? ubi prudenter, quæ semper in verum fertur? ubi opinio vera & verus intellectus? ubi certitudo moralis si felicitas est? ubi prudentia Domini, agri, navigantis, qui administratore, medico & nauta mendacibus uritur? itaque licet uti opinione verè ac certò probabili, quia operationem judicium practicum certum semper dirigit, seu regulat.

24. ANTIM. Præ ceteris num. 78. Ubi duodecimum argumentum afferit, paralogizat, sicut inquit, sequitur, opiniōnem probabilem, inde licet, quæcumque opinione sequitur; quia idem est opinabile & probabile, nec unquam intellectus assentit unctremo, nisi ex probabilibus rationibus, nec elibrum est, opinari, sed moverat ab objecto: Unde sequitur, omnem opinionem esse probabilem: certè non nimirum est, quod Illustrissimus tam acriter in probabilitas invehat, ex quorum sententia, tam horrenda & impia sequitur, per luculentum extorem, existimat: sciat igitur, primo loco hanc nostram sententiam esse, ut ne quidem licet sequi: quæcumque opinionem probabilem, sed tantum illam, quam verè ac certò probabilis est. 2. à nobis diligui opinionem probabilem ab improbabili, hæc enim est ex leviribus dumtaxat motivis, seu rationibus, & sic ab omnibus bene sentientibus distinguuntur; aliam esse opinionem re ipsa & verè probabilem, aliam apparente dumtaxat; aliud est enim talis esse, aliud talem cuiquam videri, ut toties diminxit Aristotelis textum ad duximus: 4. nunquam intellectui liberum esse operari, sed vel rapi ad obiecto, si est evidens, vel à voluntate determinari, non verò ab obiecto, si non est evidens; vides quid multa in paucis lineis menda & falsa, quasi veredictum, ab Illustrissimo statuantur. Dicit ibidem argumentum 13. ab absurdis, quæ ex nostra sententia sequentur, pro quibus nos remittit ad num. 293, deinde num. 79. & 80. ex. Aleshi, & D. Thom. 14. & 15. rationem ducit, qui docent, rectum intellectum in objectum ferri, prout in le est; unde infert, intellectum judicantem secundum opinionem probabilem non esse rectum, quia non attingit rem, prout se est, sed secundum apparentiam; hæc etiam paralogizat, quia negari non potest, quin rectus sit intellectus, qui ex gravibus & rationalibus motibus assentitur obiecto probabili; idque circa certitudinem, cum alter rectè assentit non possit; si enim certò assentiretur, hanc dubie rectus non esset, quia in objectum probabile certus assensus non quadratur, ita prædicti auctores intelligendi sunt, ut de obiecto quopiam judicerur prout tale est, nimirum probabilitate, non certò, si probabile est; certò vero, non probabilitate, si certum, in quo nulla difficultas. Argumenta 16. 17. 18. à num. 81. ad 84. ducit ex D. Bonaventura & Scoto, ex quibus ostendit, judicium de rectitudine operationis, rectum non esse; quia certum non est; sed hoc facile negamus, qui judicium illud practicum de rectitudine, certum esse dicimus; nec difficitur Illustrissimus, num. 70. hanc esse communem Theologorum sententiam pro qua etiam nostros citat Suar. Sal. Less. cur ergo semper

tempore impingit à num. item 85. ad 90. ostendit et P. Salmaticens. & Cajetano judicium prae-
dictum procedens immediate imperium prudentia-
tum esse debere, non vero fluctuans, & hoc ultra-
dimus, & semper dedimus; sed hoc non facit, ne
quoniam recte probabili uti licet; inde autem Illu-
strissimus fallitur, quod judicium speciativum à
practico nungam distinguat; unde etiam corrumpit
argumenta 19. & 20. item 21. quod num. 90. ducit
elabo Cajetano, & cum eo concludit, judicium
practicum certum esse debere: annuumus quoque;
inconveniens Cajetanum non sequimur, quod sem-
per ad tuorem obligat; cùm tamen hanc minùs
probabilem sepe numero esse contingat; sed hunc
alibi non refutavimus. Pro 22. & 23. citat Valen-
tianum & Lessivum; sed illud unum dumtaxat volunt,
nec non honesti certam esse, id est, judicium prac-
ticum certum: quis hoc negat? constat autem, præ-
dictorum Autorebus Illustrissimo penitus adversari; quia
differt docet, primus quidem 1. 2. disp. 2. quest. 14.
punct. 4. alter vero lib. 2. d. cap. 29. num. 68. licetum
esse, in opinione minus probabili: male igitur nos
hunc contra nostros citat.

27. PITHANOPH. Sustinet tantulum; jurarem, haec
ab eo dicta fuisse, propter ea, quæ in tuo opusculo
dixeras de certa probabilitate, quæ cùm minus ab ad-
versariis intellecta fuerint, oggerit Illustrissimus hoc
loco certitudinem illam probabilem, pro certa pro-
babilitate; cùm tamen duo sint distinctissima; ne-
que tu admissisti unquam, sufficere in moralibus,
judicium practicum tantum probabiliter certum,
cùm certum omnino desideres; fallitur tamen, cùm
dicis, haec duo stare non posse, nimurum certitudi-
nem & probabilitatem; quemadmodum enim nihil
obstat, quin aliquid dicatur probabiliter verum, pro-
babilitate de fide, &c. ita & probabiliter certum: &
vero ipsa probabilitas certa est, vel incerta; si cer-
ta est probabilitas unius partis, etiam partis oppo-
site certam esse oportet; si vero incerta & tantum pro-
babilis, igitur probabilis quoque est ejusdem impro-
babilitas; igitur partis opposita probabilis certitu-
do: haec duo igitur non repugnant, ut afferit Illus-
trissimus; & tales sunt omnes illæ, quæ probabilit-
er tantum probabilibus opponuntur; sed ad contro-
versiam haec non pertinent, cùm scilicet judicium
practicum certum habeamus, & in hoc perpetuè
fallitur auctor, quod judicium speculativum tantum
probabile a pratico certo minime distinguit: ad
id vero quod dicit, se habere certitudinem moralem
ex probabilibus, nimurum ex omnibus motibus col-
lective consideratis, quæ tamen singula seorsim ad
certitudinem non sufficerent, jam supra refutavimus
contra Marinarium & August. de Angelis; quandiu
enim motiva partis opposita sufficiunt ad probabi-
litas assensum, id est, quandiu pars opposita vero proba-
bilis est, de illa prima dici nequit, quod certa sit;
quantumvis illius motiva collective considerentur,
faltamus igitur extra chorūm, praesens enim contro-
versia est circa unam partem tantum probabilem,
non vero certam; nemo enim mortalium dicit, stan-
te altera parte certa, oppositam ad recte operandum
sufficere, utpote improbabilem, quæ scilicet oppo-
nitur certa; ex quo reliqua omnia, quæ habet Illus-
trissimus, penitus corrumpit, & vero utaliquis propo-
sitio, vel assertio in ea classe reponatur, in qua re-
verè esse debet non tantum unum, vel alterum moti-
vum ponderandum est, sed omnia prorsus, & maxi-
mè comparanda cum motivis alterius partis; si enim
haec, aut certam legem, aut aliud, quod certitudi-
nem inducat, contineant, non modò primam illam
partem certam non reddunt, sed ne probabilem qui-
deum; si vero non sufficiant etiam collectivè sumpta
ad probabilitatem conciliandam; prima illa pars cer-
ta est, non quidem propter motiva collectivè accepta,
sed propter aliud quidpiam, quod improbabilem par-
tem oppositam reddit, & vero sit opinio A, & oppo-
sita B, & nulla sit certa lex pro alterutra, sicutque 4.
motiva pro A, & 2. pro B, quorum singula sufficiant
ad probabilitatem conciliandam; igitur opinio B,
probabilis erit ex motivis tum seorsim, tum conju-
ctim consideratis; at si B probabilis est, A certa esse,
aut dici non potest, ut patet; nec enim opposita certa
probabilis est.

28. ANTIM. Considerant utramque, ut lancerit
utramque libra, quartum alteri pondus insit, ut 4:
P alteri

alteri ut 2. quo posito, illa istam vincit, attollit, superat; ita prorsus opinio A probabilis, ut 4. superat opinionem B probabilem ut 2. sed quid tum? an propterea facit pondus ut 4. ne aliud pondus sit ut 2. nullo modo, sed tantum hoc vincitur ab illo: sed utrumque manet tale, quale est unum, ut 4. aliud, ut 2. ita prorsus opinio A probabilis, ut 4. vincit & superat opinionem B probabilem ut 2. quid est hoc, superat? nimurum probabilitate; unde probabilior recte dicitur; non tamen facit, quin alia minus probabilis remaneat, id est, probabilis ut duos igitur probabilitas major unius partis superat quidem probabilitatem alterius, non tamen illam extinguit, aut destruit, sicut pondus ut 4. non destruit pondus ut 2. qui clarus?

29. PITHANOPH. Non admittes etiam, opinor, aliam doctrinam partem; quod scilicet ex probabilibus certum deducatur; vult enim, ut vides, Illustrissimus motiva illa collectivè sumpta unius partis tanti ponderis esse atque momenti, ut intellectum rapiant & determinent, circa vel minimum voluntatis imperium, ad certum assensum: sed in hoc casu nemo negat, quamvis aliquoquin laxissimus probabilitas, nemo, inquam, negat, certae parti standum esse, & tutam non esse oportet, ut propte improbabilem: at, nisi fallor, non sumus in hoc casu; nempe ad firmanda unius partis motiva, ut toties diximus, motiva partis opposita ponderanda sunt, si forte ad probabilem assensum sufficiunt, id est, gravis sint & rationabilis, si enim talia esse conster, nulla revera certitudo parti opposita competit; plura quidem, immo & potiora motiva unius partis eandem probabiliorem faciunt; at semper sub genere probabilitatis; sicut plures gradus doctrinae hominem doctorem, plures gradus caloris, aut lucis, calidius, aut lucidius subiectum; semper enim diuum illud ut ineptum explosimus, quod scilicet opinio minus probabilis, in concursu probabilioris, improbabili evadat, quod ridiculum est; nam perinde à me dici posset, doctum aliquoquin hominem in concursu doctoris, ignarus prorsus censi. Velle, ut Illustrissimus vel unam ex hujusmodi opinionibus appellasset, quæ ex motivis seorsim sumptis sint probabiles, scilicet ex insidem coniunctum acceptis, certæ omnino evaserint, nulla enim talis mihi occurrit; nisi forte illas intelligat, quæ certum aliquod motivum habent, ac proinde pars opposita improbabilis reputetur; de hoc tamen casu questione non procedit, ut jam dictum est.

30. ANTIM. Præcipuum argumento robur Illustrissimus à judiciorum formis accedit, juxta quas, inquit, duas semiplena probationes plenam constituant probationem; igitur duo motiva imperfecta & tantum probabili motivum perfectum constituant. Sed hujus consequentiae falsitas manifesta est; in iis scilicet, quæ sunt diversi generis; & sicut album additum albo facit tantum album, & linea linea tantum lineam, ita probabile additum probabili, facit tantum probabile, & nunquam certum; at vero semiplenum additum semiplenum facit plenum, ut scilicet addita scilicet facit libram: itaque in judicis, ex rei veritate præcise non judicatur, sed tantum ex presumptionibus; quia homo in interiorum animalium non penetrat, nec in abditas rerum causas: Unde sèpè accedit, ut justè damnetur infons, ex allegatis scilicet & probatis, quamvis aliquoquin falsis; unjustum igitur erit judicium, non tamen verum, unde Judex, qui secundum iura & leges judicat, re-

ctè judicat, & certus est, se rectè ac justè judicare, non tamen certus omnino, rem ita esse, quamvis certus sit, rectè presumi, ita esse, & ex hoc recte judicari: in foro conscientiae ex presumptionibus proceditur, sed ex gravibus & rationabilibus motis, quæ revera si tantum probabilia sint, nunquam movent ad certum assensum, sive coniunctum, sive seorsim considerentur, & stante parte opposita vere probabili, fieri non potest; ut prima illa certa censetur; unde corrut propositum argumentum, & miror, adversarios in eo tam grave momentum posuisse.

31. PITHANOPH. Illud etiam præsertim doctos alios, quin homines in errore induxit, quod vel nescirent, aut saltem dissimularint veras oppositionum regulas; si enim utraque pars probabilis statuerit, fieri non potest, ut altera certa evadat, multiplicatis licet probabilibus motibus, sed tantum probabilior, quæ certè minus probabilem non destinet, sed omnino supponit, ut jam sèpè demonstravimus; ex illo igitur capite certa conscientia statuenda non est, stante utraque parte vere probabili, sed ex alio, nimurum, ex judicio practico certo, ex testimoniis præmissis deducto, de quibus supra; & in hunc modum, antiqui auctores explicandi sunt, cum dixerunt, certitudinem moralem ex probabilibus nesci; non quod ex probabili sequatur certum, sed quod ex certo probabili sequatur certo prudens, certo licitum, certo honestum. Non distinxit etiam Illustrissimus judicium speculatorium à practico, ut revera distinguendum fuit; immo certitudinem illam moralem judicis speculatorio perperam adserere voluit; quod certè difficultatem illam non solvit, sed auger. Ut ut sit, tam multa argumenta, quæ in hanc rem concessit, si quid probant, illud una dumtaxat evincunt, nimurum conscientiam certam esse debere, id est, judicium practicum certum, quod omnino admittendum est, ultrò fatemur. Illude illa omnia, quæ nobis opponit Illustrissimus, per facilitate negantur, quæ adstrauntur; nempe ultimæ opinionis vere probabili licitum esse, certè pullucamus, ac proinde prudenter operarim, periculum cavemus, verum eligimus & stabile, certum temponem, incertum dimittimus, cum virtute agimus; immo assensus ipse speculatorius, quamvis aliquoquin probabilis tantum sit, est tamen prudens, quia ex motibus gravibus & rationabilibus prudenter assentimur, si enim nullus assensus opinativus prudens est, male profecto consultum esset Magistris Theologiae, Philosophia, Medicinae, immo & Juris utriusque, quorum saltem ut plurimum, assertiones sunt tantum probabiles. Fallitur autem num. 100, ubi nobis exprobatur, quod nostris argumentis probamus, aliquid esse probabile, non tamen verum: quod quantum absit à vero, perspicuum est; nam esse probabile, certum est; non opus est igitur motus probabilibus, ut hoc probemus; quare ex motibus illis probabilibus, gravibus tamen & rationabilibus, non probamus, opinionem esse probabilem, sed veram, non quidem certo, sed probabiliter; unde intellectus, per assensum probabilem, adhuc vero, quamvis non firmiter, sed cum aliqua fortidine, ut sèpè diximus, immo omnis propositio refolvitur in modum, verum est, & quasi dicit de se ipsa, vera sum.

32. ANTIM. Anum. III. ad num. II. 9. arguit, quæ pro nostra sententia præmisserat, solvere conatur, obtruditque, seu ponit jam dicta, & toties inculcata regerit; uimurum, judicium probable more

alem certitudinem non habere; quis hoc dixit unquam, vel formavit præter adverarios; qui probantem partem certam esse voluntatem imprudenter ac remere illum agere, qui judicio probabili, ut regula farrum actionum, uitius, hoc etiam non dicuntur, immo enim judicio prædictio certa; iterum congerit ad suum verbum *verax*, & consilium stabilitate, sed jam supra hic locus discussus est; non obstat etiam Cypriani locus ab eo adductus num. 112, nam *verax*, & quod agendum est, scimus, & quod minus, agere possimus; quis hoc negat? & minus, hunc locum contra nos adducit, qui ad adversarios, qui negant ignoriam invincibilem existentia, sed deinde ad periculum, quod ex dubio invenitur; sed non sumus in dubio, cum judicium probabilem certum actionis nostræ præluceat. Addit deinceps, veritatem in omnibus quarendam, ita est, sed modo, quo inventri potest, prout scilicet objec-
tum patens est, cum autem multa sint, quorum certa & dubitata veritas fieri nequit, in his probabili-
tandis veritas quarendam est, non certa; in hoc ve-
to possimunt erant adversarii, quod velint, assen-
sum verum probabilem in veritatem non ferri, nec per
illam, intellectum unam partem determinari; sed exordium Deum, ut nobis veritatem aperiat; op-
timè facit, deinde in omnibus eo tamen modo, ut
juxta dicti, cuiusque materia patientes est, & salutis
nostra ratio possit; quod enim Deus omnem ve-
ritatem petebat, absurdum dictu est.
Quod autem in rem praesentem attinet, ubi certi-
ficamus, ab aliqua operatione peccatum abesse, aha-
biendum, quod ad hoc, salutis nostra ratio postu-
la, sed protectio verba illa, quæ habet Illustrissi-
mus num. 115, lib. finem, confundatur ergo & eru-
cione sequitur probabilitatem, omittere debuerat;
autem, centeni & milleni auctores doctissimi,
polimi, & sapientissimi ad conspectum Merendæ,
Monti, Baronii, Marinatii, Augustini de Angelis,
Baldifilii Fagnani erubet cere debeat arque con-
fitebitur, Novatores prætermitto, quid enim nobis cum
haec aperte faciat argumentum retorqueretur:
autem omittere debuerat, quod habet n. 119, ni-
tem doctrinam nostram de probabilitate novam
eum Ecclesiæ, & antiquæ consuetudini Ecclesiæ
conveniantur propositus Pet. Molin, alioquin Calvinistæ
adversarii Papam, ut vocant, doctrinam inveniun-
tum quod ad haec reponerem: multa sanè pos-
san, sed obire, ut rectificatione tam bonam causam
dilectum, illud unum, vel obire indicabo, nimi-
us quam Ecclesiæ consuetudinem haberi ex-
tenu, seu præteri usum; ut enim eadem semper
Ecclesiæ, ita eadem Ecclesiæ consuetudo, idemque
in doctrina morum & fidei, urgeri posset ista
repropositio, sed obire indicata sufficiat.

34. ANTIM. In hoc prædictum falluntur adversarii, quod putent, intellectum ab objecto determinari, ac proinde cùm sint æquales utriusque parti motiva, & quæ hinc inde moveatur, & utriusque simul assentiri nequeat, suspensum, anticipatum & dubium necessario manere. Sed falluntur; nam citra objecti evidentiā, intellectus ab eo non rapitur, seu de-
terminatur, propositis tam rationabilibus, & suf-
ficiens utriusque parti moribus, voluntas intel-
lectum ad hanc, vel illam partem determinare potest,
quo semel admisso, ut revera debet admitti, nulla ul-
tra in hoc puncto difficultas restat. Suam tamen
assertionem latè probat primò, quidem à num. 126.
ad num. 118, quia fieri non potest, ut idem intel-
lectus utriusque parti probabilium simul assentiat, ut latè probat, contra Vasquez, Azor, & Sanchez,
sed immoritò, nunquam enim prædicti auctores di-
ixerunt, intellectum utriusque simul assentiri posse,
sed tantum utramque probabilem censi, Vasquez
quidem & Azor per principia in una, &
alteram per extrinsecam; Sanchez per intrinsecam
utramque. Damus igitur, fieri non posse, ut intel-
lectus simul utriusque assentiat; sed, quid inde
concludere possit, contra nostram sententiam non
video; nec quomodo inde inferat, stante utriusque
æquæ probabili, intellectum non esse moraliter cer-

tum de veritate utriusque; consequens verum esse admittimus, sed profecto consequentiam negamus; in dō dato, quod simul utrique intellectus assentiri posset, inde non sequitur, certum esse de veritate utriusque vel alterutrius; nempe haud aliter utriq; simul assentiret, quam utrique seorsim assentitur, nimisrum probabilitet; si vero probabilitet; igitur certus non est de veritate objecti; mihi demum gratulor, quod Illustris. n. 130. nobiscum agnoscat judicium illud, quo judicamus opinionem aliquam probabilem esse, non esse opinativum, sed evidens & certum, ac proinde semper a nobis hoc judicium distingui ab ipsa opinione, neque in hoc aequivocarunt Vsq. Azor, Sanchez, ut perferam imponit n. 135. nec unquam pro eodem acceperunt judicium de probabilitate certum, & judicium opinativum de veritate objecti, ut constat ex verbis Tho. Sanchez, ex d. n. 12. excerptis. Candidum Philalethum, cuius doctrinam commendat ibid. Illustris. nihil moror; nec enim profecto is est, qui cum aliis conferatur, n. vero 136. citat & excusat prolixum locum nostri Castropal. disp. 2. de conscientia punit. 2. non 4. §. 2. n. 4. cuius tamen ne centesimam quidem partem legimus in citato auctore; nimurum, & Th. Sanchez. aequivocasse, dum fecit transiit a probabili objecto, ad probablem judicium, &c. & quod manifestum sit, nondū inveniit Sanchez. quoinodo utramque possit quis opinari & sequi in praxi. Hec ille, inquit Illustris. de Castropal. sermonem faciens, cum tamen ne verbum quidem; hic fidem illorum, qui doctiss. & illustris. viro imponere non dubitarunt. Equidem ibi erravit ipse Castropal. dum existimavit, Patr. Sanchez. quem doctissimum vocat, absolute affirmasse num. 12. & 15. duos illos assensus probables simul esse posse, in eodem scil. intellectu; cum tamen Sanchez. d. n. 12. haec tantum habeat, nihil repugnat, ut duas opiniones ē diametro sibi contradicentes idem intellectus probabiles judicet, aut agne, aut alteram probabiliorē, & n. 15. dicit, licere cuique in foro conscientia operari, iuxta opinionem aliorum verē probabilem, retenta etiam probabilitate propria, contra aliquos, tenentes, necesse esse, deponere propriam; ne duo assensus contradicitorii in eodem dentur, hoc tamen fieri posse, nullo modo assentire; cum enim judicer, utramque probabilem, etiam si probabilius magis placeat, non est certe mirum a voluntate intellectum determinati ad electionem illius, quam judicat probabilem, licet minus & intellectum certò judicare illius si um honestum & licitum esse, sive recte auctaalem assensum propriā, sive illum suspendat, speculativum scilicet, quia reverā illum existere, necesse non est, quando intellectus ponit judicium practicum certum de honesto usū opposita, quod recte fuit ex alio certo speculativo, quod certò judicat, utramque opinionem verē probabilem esse; non fuit igitur Sanchez. dictorum immemor, ut ait ibidem Castropalao, quando dixit num. 42. non posse Medicum confundere medicamentum adversus propriā conscientia dicāmen, posse tamen deposito illo dictamine, confudit Castropalao dicāmen conscientia & propriā opinionem, nec distinxit judicium speculativum a practico, id est, illud ab ista; unde non erat, quod adeo facile Patrem Sanchez, quem alioquin doctissimum vocat, & punit. 1. num. 4. doctrina moralis lumen, diceret, immemorem, paulo ante à sedictorum; nimisrum vix interjectis tribus aut quatuor pagina; sed hæc ad præsentem questionem nihil profutus; & facile omittere poterat Illustrissimus, qui certè judicium speculativum a practico male distinxit.

xit, ut pater ex dictis; quia unum ab alio non tantum sine differt, verum etiam objecto, ut diximus; pri-
ori, v.g. quod tale paclum non sit usurarium; alterum vero circa usum dicta opinionis, quid licitus intellectum posse successivē modō hunc parti, modo alteri oppositā assentiri; nihil aliud dicimus, nec dicimus unquam; nullus tamen, etiam bardus unquam dixit, eundem intellectum simul & feme utramque partem sequi posse in praxi; praxis enim opinio-
nis nihil est aliud, nisi usus illius, id est, operatio, quam judico licitam & honestam; repugnat autem illam eamdem actionem ponit simul & non ponit; judico quidem usum utriusque licitum esse; id est, le-
cere, tum ponere, tum non ponere prædictam ope-
rationem; in hoc enim aequivocant aliqui, ut illu-
lustrissimi verbo utar, quod putarint, eandem actionem
judicari certò licitam & illicitam; quod certe
fieri non potest, ut fatus fuisse in superioribus con-
gressibus; sint enim duas opiniones prima, paclum
est usurarium, secunda, paclum non est usurarium,
utramque vetē probabilem, judicium practicum, quod
est circa usum primā est certum; non tamen per illud
judico, paclum illud esse illicitum, sed tantum hu-
cum esse hujus opinionis usum; quisnam porro ei
usus illius opinionis? nihil certè aliud, nisi ablinga
à tali paclō; at vero judicium practicum, quod est
circa usum primā, est etiam certum, & per illud judi-
co, usum illius opinionis licitum esse, quisnam por-
ro est usus illius opinionis? certè nihil aliud, nisi tale
paclum inire: postquam demum dixisset Illustris.
missus dicit. num. intellectum posse successivē modō an-
modō alteri parti assentiri, cur amabo deinde dicti-
stante aequali probabilitate oppositorum, intellectum
necessari manere in pendenti, suspensus & du-
bium; sed dum adhaeret uni, manet suspensus; ni-
si hæc sint repugnantia, nullib; certè repugnantia
reperiens.

35. PITHANOPH. A num. 139. ad 142. Probat. eandem assertionem, nimisrum illum, qui judicat utramque oppositum aequali probabilem, non est certum de illarum veritate, quia, inquit, intellectus debet moveri & determinari ab objecto; cum antea rationes utrimque sint aequalis ponderis, aequali mo-
vent; neutra igitur prævalet; ut videmus in statua
habente utrumque pondera aequalia; alioquin singu-
laris intellectus, non opinaretur; quia opinando, ve-
rum, aut fallum dicimus; igitur intellectus suspen-
sus manet; demus hoc, quid inde? igitur, inquit,
intellectus non est certus de veritate; concedo con-
sequens, sed nego consequentiam; nam etiam si
uni parti intellectus adhæreat per assensum proba-
bilem, ac proinde suspensus & anceps non maneat,
non tamen propter certus est de veritate illius; iso-
qua falsa est consequentia; licet verum sit con-
sequens; antecedens etiam falsum est; quia quando in-
tellectus assentitur uni parti ex motu gravibus &
rationibus, verē op̄inatur, non fingit; assert, hoc
verum esse, sed circa certitudinem; non est quidem
ip̄si liberum, opinari, si absit motiva; et si haec adhærit,
eaque gravis & sufficientia ex voluntatis imperio,
sue determinatione opinari potest, idque prudenter,
ut confat ex terminis; si vero levia, temere & impru-
denter. In hoc adversarii nostri perpetuò halluci-
natur. Illam porrò similitudinem à statera pertinat
jam h̄p̄ra discussimus.

36. ANTIM. Tertia probationis loco adducit. 142.
text. Arist. 1. Topic. c. 9. ubi dicit, dubitationem pro-
blematum

demissis in eis, utrum sic se habeant, an non, èd quòd deveniente rationes si visibiles, ex quo concludit, semper dubium manere, quando sunt utrimque opiniones àequè probabiles. Eodem virtio hoc argumentum laborat; nam etiam si cum aliqua formidine, seu dubitatione late sumpta, ut supra diximus, intellectus vel alteri oppositarum, vel modò uni, módo aliqui successivè adhæreat, ac proinde suspensus deinceps non maneat; non tamen inde sequitur, devenire intellectum certum esse. Quòd autem ait, est impossibile, ut intellectus alteri partium adhæret, quando rationes utrumque sunt pares, & hoc in priuatis duobus argumentis evidenter à se demonstratum fuisse; de hoc, ne verbum quidem in primum argumentum, in quo tantum ostendere conatus est, sicut intellectum utriusque simul assentiri non posse, in secundo, hoc quidem afferunt; sed ne probanter quidem offendit, multò minùs evidenter demonstravit; sed, inquit num. 143, propter aequilibrium rationum opinio est dubia; id est, incerta, ac quando talis, cui certò intellectus assentiri non posse concedo ulro; est dubia, id est, talis, cui non possit intellectus probabiliter assentiri, vel dissenire; quales sunt illæ omnes assertiones objectivæ, que nulla proposita ratione, & nullo motivo, sive ad alios, sive ad dissensum nituntur, v. g. haec, *affa sunt paria, affra sunt imparia*, quæ dicunt non possunt probabiles, nec etiam improbabiles, sed propriè dubiz, quatenus ita fundant dubium negativum, ut neutri possit intellectus assentiri, nec voluntas efficiat opinativum imperare valeat; quia deinde omne motivum opinandi; unde necesse est, ut in intellectu anceps, & propriè dubius sit, ut verò si adhuc à qualia utrimque rationum motus, eaque gravia & rationabilis, hinc à qua loquantur intellectum, id est, utraque pars àequè probabiles judicetur, hoc tamen non vetat, quin voluntas pro libertate, qua pollet, possit ex aliis rationibus ibi propriè determinare intellectum ad primum alium hunc, vel illi parti, opinativum faciat, nisi enim voluntas id exequi posset, nullus tamen est intellectus opinativus, imò nullus erit in intellectu, nulla heresis culpa, aut virtus veritatis; vides, quòd tandem isti libertatis humanæ habent de destructore: itaque dicitus Aristoteles locum alius probat, nisi problema illè quæstiōnem utramque partem agitat, ita ut neutra certitudinem inducat, ac proinde omnem dubitatem, seu formidinem excludat: nihil prorsus ex hoc loco; fateor certè, intellectus voluntatis suspensus, ante illud imperium voluntatis, ad ratione cuiuslibet assensus opinativi, ad quem intellectus ab objecto non determinatur, sive is sit magis, sive minus probabilis, quia nullum objectum obscurè propolitum, intellectum rationis in hoc sensu, Sylvestris, aliique dixerunt, honestum dubitare, quando habet rationes àequaliter utramque partem moventes; tunc enim ad obiectum non magis ad unam, quā ad aliam inclinatur; unquam tamen negarunt, accedente voluntatis imperio, intellectus ad alteram determinari, quod est illius simus ultro fatetur.

37. PITRANOPH. Num. deinde 148. dicit 4. argumentum ex cap. nervi, d. 13. sed perperam omnino; d. cap. agitudo de conscientia perplexa, quia quis peccare, sive aliquid faciat, sive omitat, ex cap. 5. ex cap. fraternitatis frigid. & matutina, & probabile pro eodem accipiuntur; si-

cuti cap. literas, de refit. spoliat, in quo Papa materiam reputat dubiam, in qua videt opiniones Doctorum probabiles: sed hæc nihil ad rem, quia in his locis dubium accipitur late, nimurum pro incerto. Item cap. illud de clero excommunic. cap. per venerabilem, qui filii sint legit. cap. veniens de Presbyt. non baptizat. cap. inquisitioni de sentent. excom. à se discutienda 2. 3. 4. & 5. fundamento, ex quibus 7. 8. & 9. dicit argumentum à num. 149. ad num. 150. ad quæ idem respondetur. Deinde in iis locis non agitur de actione morali, quam judicium practicum regular in opinione verè probabili licet, alioquin falla esset opinio, sed de matrimonio, de baptismo, &c. licet enim pro matrimonii validitate faciente rationes probabiles, & alia probabiles pro nullitate, si falsum est matrimonium, nullum judicium practicum facere potest, ut validum sit; idem de baptismo, & de materia, aut forma probabili aliorum Sacramentorum; unde in hujusmodi casibus, restante dubia, id est, incerta, opinio probabilis illi minimè suffragatur num. 150. profert 10. 11. & 12. argumenta, quòd scilicet sit dubitatio, quando utrimque rationes sunt àequè probabiles, inter quas remanet suspensus intellectus, cùm non habeat sufficientia motiva, & est ligatus; multò minùs habere potest certitudinem moralem sive de utraque, sive de altera; hæc jam suprà rejecta fuere: fatemur ulterò, esse dubitationem late sumptam in omni assensu opinativo, nimurum incertitudinem & formidinem; intellectum item manere suspensum, quædū à voluntate non determinatur ad unam partem, cùm pro utraque adhuc motiva sufficiant; quia utraque est verè probabilis; si demum sit ligatus, à voluntate solvuntur ea vincula, quando ab ea determinatur; ubi enim solvi non possent, tunc esset dubium propriè sumptum, quod vulgo negativum vocant, cùm scilicet nulla utrimque ratio probabilis affulget: denique fatemur, neutrā partem certam esse, sed tantum probabilem, quod tamen non facit, quin judicium practicum sequatur de rectitudine operationis, ut jam toties diximus: à num. 153. ad 169. eandem centies repetit, quòd scilicet intellectus non possit utriusque parti simul assentiri; quid tum? an propterea non potest alteri, determinatus scilicet à voluntate? quod in paritate motuum contrariorum quiescat suspensus; sed quid ni ab alio movente, seu determinante, nimurum à voluntate moveatur & determinetur: & Alinus Buridani ab Agazone agi stimulo non possit? & verò intellectus ab objecto obscure propositio non rapitur, nec determinatur, sed à voluntate, modò adhuc motivum sufficiens; tam enim determinat intellectum, quā appetitum, verbi gratia, & quemadmodum istum inter duo objecta àequè appetibilis positum, ad unum potius, quā ad alium inclinat, ita & intellectum inter utramque partem àequè probabilem; in quo nulla prouersus difficultas esse mihi videtur, sicuti videbitur reliquis omnibus, rem istam capientibus. Quòd certudo sit determinatio ad unum, sed firmiter absque formidine, quando intellectus rapitur ab objecto; hoc tamen non vetat, quin à voluntate intellectui ad alteram partem àequè probabilium determinetur; at citra certitudinem: nec valet ista consequentia, intellectus non est certus, igitur dubius & anceps, quia potest esse opinans; opinio verò dubium propriè sumptum excludit. Quòd àequè intellectus utramque partem veram judicet, & falsam; sed hoc falsum sit, alioquin utriusque simul assentiretur, &

dissentiret; sed utramque judicat æquè probabilem, ad unam tamen à voluntate determinari potest, & tunc ex motivis, quæ stant pro illa, eidem assentitur opinando, id est, cum formidine; id est, veram judicat, & oppositam falsam; sed cum formidine, ne hæc vera sit, & illa falsa, quæ sanè formido non est actus distinctus, sed modus talis assensus. Quod denique una pars ab alia destruitur, seu confundatur, sicuti probationes certæ per oppositas similes conquaßantur, cuius rei multa producit exempla; sed negamus consequentiam & paritatem; nempe in iudiciis, ut sèpè dictum est, res non procedit ut in actione morali; si enim æquales sunt probationes utrimumque, Judex suis reguli adstringitur, nec per suam sententiam efficeret potest, ut reus sit immunitus à culpa, vel insens, licet ex ratione probabili sententia procererit; sicuti per iudicium practicum certum intellectus dirigit & regular operationem honestam, vel usum opinionis tantum probabilem, itaque, ut jam dixi, stante opinione æquè probabili, stant etiam utrumque rationes æquè probabiles, sicuti lances æqualem ponderum in latera; non tamen propter ea rationes unius destruunt rationes alterius; aliquoquin destruerentur invicem, nec manerent amplius opiniones æquè probabiles; igitur improbabiles, quod ridiculum esset; quemadmodum autem stante ponderum æquilibrio, manus alteram lancem inclinare potest, ita & voluntas intellectum in hanc, vel illam partem æquè probabilem; in hoc autem claudicat similitudo, quod altera lancia paulò gravior redita, oppositam statim elevat, & tollitur æquilibrium, cum tamen, licet altera pars sit probabilior, non tamen propterea rapiat intellectum, nisi voluntatis imperium accedit, quod æquè accedere posset parti minus probabili. Concludit denum num. 17. verissimam esse primam assertionem, quod scilicet, stante utraque æquè probabili, intellectus certus non sit, nimirum de illa veritate; quod fatus ultra; igitur dubius, inquit; dubio latè sumpto, concedo, id est incertus; dubio propriè sumpto, nego consequentiam.

38. ANTIM. Paulò longius excurristi, libens suūtūnū, donec ad secundam assertionem venires; unum tamen à te omisum fuisse, miratus sum, nimirum ab Illustrissimo illud Felini dictum laudari, num. 16. per contrarias scilicet interpretantū sententias totum pene jus conturbatum esse turbidum, incertum & dubium; unde mirum cuiquam fortè accideret, qui fieri possit, ut ex principiis conturbatis, turbidis, incertis & dubiis, ut ipsemet fatetur, universam Theologiam moralē restaurandam, seu reformandam sucepit; longè fortè melius, si tamen aliqua restauratione opus esset, ex principiis Theologicis & moralibus, quæ certè si nesciantur, ut reverā, saltem ut plurimum, neficiunt Canonistæ, vix dici potest, quād multos, eoque crassissimos errores hac ignorantia huc usque pepererit; quod enim aliqui cum Mantica dixerint, Theologorum dicta in sis, quæ spectant ad moralē Philosophiam, attendenda non esse, eadem facilitate negatur, qua adstruitur, ille porrò Tridentini locus ex sessione 18. ab Illustrissimo exscriptus, num. 169. ubi dicitur, illud præcipue cogitat, nimirum sancta Synodus, ut Catholice fidei doctrinam multorum inter se dissentientium opinionibus pluribus locis inquinatam & obscuratam in suam puritatem restituant, &c. ad opiniones probabiles minimè pertinent; nulla enim opinio probabilis est, quæ Catholicae fidei adverteret; in hoc autem adversarii

semper hallucinantur, quod opinionem verè probabilem ab improbabili nunquam distinguere volunt; sed jam ad secundam Illustrissimi affectionem veniamus, quam ita lego, num. 171. Qui dubius est in morali materia, in qua veritut salutis periculum, tenetur, ex precepto sequi partem rationem, & hic est apud sacros Canones sacrum quoddam axioma. Vereor, uti par est, sacros Canones; ad eos tamen, quo ad hoc axioma, configendum esse non puto; cùm certissimum sit, & indubitatum apud omnes Theologos principium, dubium, an peccatum in sit cuiquam operationi, si eam ponat, peccare; hoc enim est operari cum conscientia dubia, quod nunquam licet; at verò in hac controversia de hoc non agitur, quia nullus id docet; dicimus enim, & centies inculcavimus, iudicium practicum certum esse, ac proinde conscientiam certam; in usu scilicet opinionis verè probabilis, five magis, five minus, five æquè, in materia morali, si autem conscientia certa est, dubia dici nequit; ergo non sumus in dubio, hæc igitur conclusio ad controversiam non pertinet, cùm in ea conveniamus; quod autem utraque parte tuta, tutiore materialiter, se qui teneamur ex precepto, adversarii opinione non sunt; unde illud, tutor tenenda est, in hoc casu, stante scilicet utraque tuta, est tantum consilii, non præcepti, & in hoc sensu, Suarez & alii, quo certè nihil verius dici potuit, quamquam super hoc ab Illustrissimo impugnat. Evidem opiniō probabilis certa non est, sed dubia, dubio latè sumpto, & si nullum aliud iudicium accederet, aut si practicum certum non esset, fateor ultra, stante illo dubio conscientia, seu, quod idem est, iudicium practicum, dubio, inquam, etiam latè sumpto, teneri nos ad tutiorem, seu potius ad partem oppositam tutam & certam; at non sumus in hoc casu, cum iudicium illud practicum certum esse debet statuamus.

39. PITHANOPH. Delibemus quæso textus, quos in hanc rem Illustrissimus adducit, cap. ad assertiam de homicidio, in quo cùm dubitaretur, an quidam ex occasione vulneris dececessisset, statuerit, ut is Prelbyter, qui vulnus infixerat, non ministret in facie Ordinibus, cùm in dubiis semita tutor eligenda sit, item cap. significasti 2. eod. tit. in quo dubium est, ex cuius iusti percussus intercessisset; Sacerdos qui percusserat à Sacerdotali officio, cessare debet, cùm in hoc casu cessare, sit turpis, quām temere celebrare. Item cap. petitio, eod. tit. ubi mandatur, quatenus torem conscientia remorderet, de cuiuspiam interpretatione in illo consiliu, ille ministerio altaris reverenter abstinere, cùm sit consultiū, in hujusmodi dubio, abstinere, quām temere celebrare; item cap. Iuvenis, de sponsal. in quo cùm esset dubium degitimo matrimonio, in his quæ dubia sunt, quod certius est, inquit Eugenius, tenere debemus; mandata scilicet divisione, cap. si quis distinet 7. de penit. vis à dubio liberari, vis quod incerrum est, addere, age penitentiam; dum fatus es; hac August. contra differentes penitentiam. Item hæc cap. signum autem ead. diff. tene certum, id est, age penitentiam, dum fatus es, dimittre incertum, id est, noll expectare ad ultimum. Hæc sunt illa capita iuris, quibus adversarii nostri probare conantur, probabilitatum usum licitum non esse, quia scilicet dubius est atque incertus; sed quid hæc amabo ad presentem controversiam, de quo enim dubio loquuntur hi textus? duo primi de homicidio dubio, non quidem utrum peccatum sit, sed utrum irregulare

em facta, quid dubitatur illius auctor sit: Respon-
dell'infex, non illicitum esse, sed illum irregula-
ren teneat; illa scilicet ratione ductus, quod semita
tus diligenda sit, & virtus sit, abstinere ministerio;
& non debet, dubiter, à populo ministrantem, de
quoniam ipsius jure dubitat, an sit homicida; nempe il-
lud publiciterant; nec obest in occultis etiam, ho-
miodam dubium irregularem censeri; hoc enim
calitur irregularitate competit; idem deterio texu-
dendum est, in quo rationabilis erat dubitandi
ratio, ita, texu agitur de dubio matrimonio, duo
alii non faciunt ad rem, sed hæc jam discussa sunt
in primis congregatis: vellem, ut illustrissimus
ad eum rebus in jure, vel unum texum nobis aper-
nueret, in quo illius opinio verè ac certò probabilis
probatur, ut dubius scilicet aque incertus;
quamvis enim opinio incerta sit & dubia, dubio latè
sumptu, illius amenus certus & tutus est, unde
quoniam illa uitetur, certus est, ratus est; igitur tenet
certum, certus incertum; unde stante utraque par-
tita, certus, illam regulam, qua præscribit tu-
torem materialiter: nam formaliter utraque aquè
ratus, non præcepti, sed consiliis esse Suarez, San-
chez, alii auctores sapientissimi censuerunt, in
quo sententia invenitur Illustrissimus, & verò Suarez,
de censur. disp. 40. sib. 6. ita rem istam discutit, ut ní
hil addi videatur, nimur illam regulam de
tamen non ea præcepti, nisi in casibus illis expref-
ſiūt, ut aliis diligere turat, pro quo citat Nayar.
Sic & alios; adit autem, num. 8. non esse sermo-
nen in cunctis allatis de conscientia dubia, cum
concedimus sit, existente tali dubio, illud eligendu-
s, in quo nullum timetur peccatum; sed tan-
dem dubio speculatorio, seu facti, ut in dictis casis
nig. an Petrus obierit ex vulnere inficto à Pau-
lo in matrimonio, seu vera copula inter-
stitiūtū Tizian & Bertam, &c. seu juris, an tale
sit ut utrarium, &c. Ex quo rectè inferi-
tur Suarez, quando in illis textibus dicitur una pars se-
cutor, & in altera esse aliquid periculi, non esse ser-
monem de periculis culpa, ut rectè ibi demonstrat,
filius enim hoc quereretur, seu dubitaretur, cum
non negat dubitari quin operari cum periculo
capit malum, sed tamen de periculo specialis in-
conspicuum, ut dixi supra, si forte verus homicida ce-
leriter, itaque Suarez, Sanchez & alii, quo ap-
pellamus 17. ad num. 18. dicunt, tantum esse con-
scientia præcepti, ut in dubio speculatorio, seu facti,
nam, circa causas in jure expressos, aliosque omni-
caules, autem partem sequamur; ii tamen omni-
cales negant, quempiam cum dubia conscientia o-
portet quod iis perperam. Illustrissimus impo-
ngit, id. multi autem ex iis illud fundamentum
hunc, quod melior sit conditio possidentis, idque
per analogiam quandam, quia tamen nonnulli, ut
paulus testimonis memini, fundamentum illud
admodum extra materiam Justitiae, quamquam
est aliis virtutibus rectè applicari possit, saltem, ut
per analogiam quandam, ab illo abstinendum
eleminet, & alius longè facilius & communius ad-
ducatur, quod scilicet effectus certus à causa tantum
esse posset, v.g. pena certa à certa culpa, ob-
ligatio certa jure certo; & verò in textibus addu-
ctus à causa certa, id est irregularitas à jure
non producitur.

40. ANTIM. Seligit deinde à num. 174. ad n. 181.
autem periculosas questiones, quas faciliter San-
chez, Layman, aliique ex nostris decidunt, v.
Si dubius est, an inciderit in excommunicatio-

diutius hæremus, quæ in secundo congressu breviter quidem, accuratè tamen discussimus; quod autem in his omne periculum absit, ex eo constat, quod inde conscientia dubia non restet, sed omnino certa, ut supra non semel diximus; unde corrunt illa omnia, quæ à num. 182. ad num. 191. Illustrissimus tradit, ut probet, de præcepto esse, tutiorem sequi, quod ultra fatetur, quando usus oppositæ partis turus, aut certus non est; at si tutus est, si opinio est verè ac certò probabilis, nemo dicat, esse præcepti partem tutiorem sequi, quando altera opposita ruita est.

41. PITHANOPH. Illa omnia jura, quæ Illustrissimus adduxit, ab auctoribus jam probè discussa fuerant & enucleata; non supradicta modò, verum etiam alia multa, ut c. *Illud de cler. excomm.* in quo Illustriss. magnam vim facit, nempe fama publica, dictæ excommunicationis intercesserat, & haec per famam illam plenè probata dici poterat, ut vult Abb. in dict. cap. illud, num. 4 aut saltem quasi certa ex tali fama, ut fatentur omnes; ac proinde constat Episcopum illum graviter deliquerisse, quod nulla diligentia adhibita, ad vincendum dubium, celebrari, ut jam diximus in superioribus congressibus. Quod autem parvuli, de quibus nescitur an baptizati fuerint, sint baptizandi; item alii de quibus etiam rationabiliter dubitatur, minirum sub conditione, & sacerdotes ab ignotis Episcopis ordinanti iterum ordinandi secundum iusta, ad præsentem controversiam non pertinet, cum nulla sit opinio probabilis, qua tum illos baptizandos sumitos ordinandos non esse adstruat. His autem præcis, à num. 191. ad num. 212. impugnat acriter illam regulam, quod in pari causa, melior sit conditio possidentis, quam in foro judiciali dumtaxat & in materia justitia probat, non in foro conscientiæ, nec in materia altiarum virtutum; facile est, utrumque defendere cum Suarez, Sanchez, aliisque bene multis, sed quia, ni fallor, quo ad hoc faciliorum methodum sequuntur sumus, ad quam etiam illa reducitur, hoc loco diutius hærendum esse, non putarem, cap. illud. de cleric. excom. jam supra explicuimus, & ostendimus, non fuisse opinionem probabilem, quod non obstante fama publica, & nulla adhibita diligentia, ad dubium vincendum, Episcopus ille celebrare potuerit, ad cap. *Dominus, de secund. nupt. respond.* certum esse prius conjugium, incertam tamen primi conjugis mortem; ac proinde incertum secundum conjugium; debitum igitur feminæ petere non potuit, simili modo cap. *Inquisitione, de sentent. excomm.* non est certum matrimonium, quia dubitatur probabiliter de impedimento diremitate, mulierigitur petere debitum non potest, ad cap. *Significasti 2. de Homicid.* Rely. non agi de dubio culpas, sed de dubio homicidii; quo dubio stante, satius duxit Pontifex, ut à ministerio altaris abstineret ob decentiam & finem Ecclesiæ; unde in casibus expressis certum est jus, cui revera standum est; scio, Valquem non admittere prædictam regulam, nisi in materia justitiae & in foro fori, ac propterea illam à te ultrò omissem esse, ad fugiendas litigies; sed non propterea concedimus, stante utraque parte tuta, nos teneriad tutiorem. Judex, inquit, in dubio non debet judicare quemquam irregularē, tecum tamen quilibet seipsum, sed quo jure? tutius est eligendum, inquit, stante utraque parte tuta, nego; causa incerta effectum certum habere non potest, ut sapere diximus Admittimus autem illud generale principium, quod scilicet ubi vertitur periculum animæ, scilicet peccati, nunquam cum illo dubio, vel o-

perari, vel aliquid omittere licet possimus, id est, nunquam cum dubia, vel incerta conscientia, quam revera is non habet, qui opinionem verè probabilem ad præmixim redicit, quia certò judicat, omne peccatum abesse, citra ullam formidinem, seu dubitationem. Quod verò num. 202. prædictos textus, cap. ad audientiam, & cap. significasti, de homicidio ad forum dumtaxat conscientiæ restringit Illustrissimus, tolerari non potest, cum ad forum fori maximè pertineant, ut patet. Ceterum, veremur opera nostra, coram ego libenter culpas nostras agnoscimus, in cuius conspectu non justificabitur omnis vivens; sed absit, ut cum dubia conscientia, id est, absque certò iudicio pratico de rectitudine actionis, unquam operemur, ac proinde in foro interno tutam tempe eligimus partem, hinc habe materialiter sit tunc, & ve minus tuta, quare frustra omnino in rem hanc tantum multa allegat, quae ad nos non spectant, quasi cum Deo lis nobis esset, in qua Deus sit auctor, Homo Reus; sed quis iudex, inquit? hæc a nuncquam nobis in mentem venerunt, Deum ut auctorem, Patrem, benefactorem, Judicem veremur; nos in multo reos esse fatemur, & ad Dei misericordiam contingimus, freti præsertim infinitis Iesu Christi Servitoris nostri meritis; sed Deo & nobis inferremus iuriam, si legie dubia, voto dubio, jure dubio adstringi hominem dicemus aquæ sane veritatis adversatur, qui assent, ibi peccatum inesse, ubi non est, ac qui dicit, non inesse, ubi est; longè profectius, ut ab omni errore liberis sumus, illa regula unde, qua statuimus, nihil unquam agendum, vel omnitudinem, nisi certò sciamus, & judicemus, peccatum non inesse; & quisquis operatur, dum probabiliter tancum judicat, peccatum abesse, revera peccat, hinc uralias dicebas, ad bene agendum, cendi sciri oportet, malum abesse; licet ad male agendum, sit satis judicare probabiliter adesse malum. Denique inde corrunt reliqua Illustrissimi declamationes, ex eo quod censeamus, atque juremus, neminem posse proximo peccati periculo exponere esse, vel agere cum dubia conscientia; non tamen propterea dicimus, legem dubiam, votum dubium, iurum dubium obligare, quia titulus incertus certam obligationem non parit, ut toties diximus; neque hoc veritatem in perniciem animarum, urat; cum certò sciamus & judicemus, hujusmodi opiniones esse vere probables; ac proinde illarum ultiū certum, utrum, atque honestum, ex quo sane nulla absurditas, nulla ineptia, nulla impietas sequitur, ut nobis legi Illustrissimus exprobret; & ne omitram illud quod habet de voto dubio, num. 211. dicit, dubium votum obligare, ex Scriptura, Redde Altissimo tua, votum & redditum; quia forte vovisti, inquit, sed pariter forte non vovi; si vovisti, imple quod vovisti; at si non vovi, cur me obligas ad solvendum quod non debeo? itaque causa incerta, nimurum votum dubium & incertum certum effectum, nimurum certam obligationem non producere; nec opinor, negabit, hanc opinionem esse verè probabilem, immo & probabiliorum; unde certò constat, illius ultiū certum acturum esse, pro qua stat multorum & doctissimorum auctorum manipulus, quorum aliquos appellavi in secundo congressu.

42. ANTIM. A num. 212. ad num. 218. impugnam communem illam sententiam, quod in vero dubio juris, post adhibitum scilicet diligentiam, non obligemur; & in hanc rem citat, cap. illud. de cler. excom. ubi in dubio juris, inquit, an sententia excommunicationis lata à delegato, non premissa monitione, &

ante dubitationem liget, deciditur ligare; in hoc
tempore tunc partes, 1. pertinet ad dubium facti,
aut factum in dictum Episcopum à Magdeburgen-
si lai fuerit excommunicationis sententia, qua-
cum fama publica constaret, vel plenè proba-
ta, vel morat certa censetur; ac proinde
immutantibus de illa dubitavit. 2. pertinet ad
dubium iuris, de qua usurpa, at stante certa lege vel
excommunicatione, dubia exceptio vel excusatio
non emitur, ut docet Sanchez, num. 39. & hoc
non nolam regulam, nempe incerta causa cer-
tae effectus non producit; igitur nec incerta ex-
ceptio, certam excommunicationem destruit, ut
punctum placitum in 2. congressu: cur ergo dicit,
cap. 3. ad. contra P. Sanchez Illustrissimum adducit?
ut axem probet, in dubio juris, ratiorem partem
universitatem dare, quod nos ultra fatemur,
quoniam cumque altera pars non est ruta, adducit 4.
textus, num. 215, primus est in Clem. Exiri, §. item
praeceptum verbis signis, ubi cum dubitaretur, an Fra-
tres Minorum tenentur sub præcepto peccati mortali-
lis, ita observanda, que in regula imperantur,
Ponit et ponders in Concil. Vienensis, securio-
rem partem tenendam esse. Sed facile responderi
potest, i. deparvitate, cum non verbum qui-
dem ibidem de peccato mortali, nec enim omne
præceptum sub mortali obligat. 2. Pontifex diser-
vit, quod licet iuris non ad omnium, que sub
minimorum modi ponuntur in regula, sicut ad præcep-
tum fratrum tenentur, &c. expedit tamen ipsiſis,
videlicet tenentur, que hic inferius annuntiantur, ni-
miseris vel ratione materie, &c. sed ex vi
venia in omnibus ritur dubitatio; cur ergo
ibidem Ponit eandem regulam de ratiore
non legitur? 3. dubium juris hoc loco portis-
sum ex dubio facti, est enim dubium facti,
nihil minus Patriarcha Franciscus habuebat anti-
modicū suos sub mortali in his casibus; unde
cum dubium juris, an verba illa, quibus usus est,
imperatur præceptum sub mortali. Secundus tex-
tus in cap. remanso, de Presbytero non baptizato, an
ordinauntur ante Baptismum, &c. sed facile
negatur non esse opinionem probabilem, quod ordi-
nante Baptismum, iterum ordinandum non sit;
hunc autem dubitandi Innocentius III. ex se non
pater, quatuor recte in notis ad marginem in Cod.
Bulaliz legimus: cumque super ordinibus CORAM
vixit aliquando disputarum; unde manife-
stog, ab Innocente de retia certa non fuisse
convenit, aut dubitatum, cum sit extra omni-
mum controversum. Ordinesante Baptismum col-
luminos & cassos fuisse. Deinde in textu nulla
finitio characteris, idque haud abs re, quia
multo ceteri, non imprimi characterem in colla-
tione Minorum Ordinum, quod etiam aliqui ad
diaconatum, inde & Diaconatum extendunt;
et non credi à Pontifice hoc loco, quempiam in
excommunicationis reputandum esse, sed fo-
rumpit notitiam ex fama satis es-
timo, quia scilicet attento jure
tempore, fama satis erat ad probandam excommuni-
cationem, quo ad hunc effectum, ut tradit Abb.
num. 6, quartus est, in cap. fin. 14. distinxit, sed
nimodio ex hoc textu Illustrissimus probat, imo

potius contrarium, accipe illius verba ex Epist. S. Leonis ad Rusticum: Sicut quedam sunt, quae nulli pos-
sunt ratione convelli, ita multa sunt, que aut pro neces-
itate temporum, aut pro consideratione statum, oportet tenperari; illa consideratio semper servata, ut in iis,
que vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequen-
dam, quod nec præceptis Evangelicis, nec decretis Sanctorum
Patrum inveniatur adversum. Cum ergo opinio-
nis vere probabilis ulus, nec his, nec illis adverse-
tur, alioquin revera probabilitas non esset, ex hoc lo-
co nostra sententia misericorditer confirmatur; quod
jam olim præstit Cornejo, ut observat Dechamps,
in quest. facti, cap. 3, quod spectat ad gloss. fin. in cap.
consulti de regul. disertè ibi agitur de dubio & præ-
sumpto excommunicato, in quo nulla restat diffi-
culty, sed iam supra discussa est: item illud S. Thomæ, an licet habere plures Præbendas, non semel enucleatum; si enim ex contrariis, super hac re, opini-
onis in nullam dubitationem adducitur, non pec-
cat, sed quisquis certò judicat, non inesse pec-
catum, in usitatis opinionis, in nullam dubitatio-
nem adducitur; ille igitur Doctoris Ang. locus nobis
potius quam adversarii saret, & nihil aliud ex eo
concluditur, nisi conscientiam certam esse debere:
in eo demum Scoti loco, quem à num. 215. ad 218.
ostentat, de materia & forma Sacramentorum agi-
tur; certum autem esse, dicimus, non dubium, il-
licitum esse, uti materia dubia, vel minus probabili-
si certa, aut probabilior suppetat; quod autem Il-
lustrissimus addit, illa verba Scotti & universaliter
in omnibus dubiis, esse ponderanda, ad dubium juris
extendi, & non restringi ad materiam & formam,
&c. disertis Scotti verbis repugnat; & universitatis
inquit, in omnibus dubiis, quantum ad materiam & for-
mam, nimis Sacramentum 4. dist. 3. quaf. 2. cur ergo Illustrissimus Scotto assingit repugnativa & nimi-
rum ad materiam & formam Sacramenti hæc, que
dicit, adstringi, & non adstringi: fareor quidem,
non restringi tantum ad materiam & formam baptismi,
eadem quippe ratio etiam militat pro aliis Sacra-
mentis, & hoc solùm modò voluit Tartarus; sed
quod ad quamlibet opinionem aequalē, aut minus pro-
babilem extendatur, nullo modo probavit, & num-
quam probabit Illustrissimus.

43. PITHANOP. Redit num. 218. & 219. ad cantilenam s̄pēnūmērō recantatam de dubio specula-
tivo & practico; sed unum cum alio ita confundit,
ut rem a se non intelligi, vel ostendat, vel dissimulet,
& Patri Suarez perperam imponit, quod doceat, d.
disp. 40. sect. 6. num. 8. lictum esse, aliud sentire, aliud
opinari: sed P. Suarez loco citato, ut iam ostensum
est, docet tantum dubium illud, de quo agitur in ju-
ribus ibi appellatis, esse tantum speculativum, id est,
non culpa, sed homicidii: & vero Suarez & Sanchez
disertè docent, ut non semel diximus, nunquam
eximi culpa conscientiam dubiam, si quis cum
ea operetur; unde, licet esse queat dubium specu-
lativum, dubium, inquam, latè sumptum, id est, opini-
o probabilis, semper tamen interveniat oportet
judicium practicum certum, omnem dubitationem
excludens, de honesto, & lictio uero ejusdem opinio-
nis: unum porrò judicium ab alio discrepat non
tantum formaliter, sed etiam materialiter, id est, non
tantum ratione objecti formalis, verum etiam ratio-
ne objecti materialis, immo & ratione modi; ten-
dendi, quod certè auctores nostri satis insinuarunt;
quamvis omnes non eodem modo; sed de his jam
suprà plusquam satis.

ANTIM. Repetitiones, ut tute scis, summoperē
odi;

odi; sed cum Adversarii eadem semper obtrudant, eadem etiam retrudere sèpè cogimur; ut videre est à num. 220. adnum. 225. cum enim Suarez citatus prædictam regulam de tutoire restrinxerit ad casus tantum expellos in jure, aliosque omnino & in omnibus similes, Illustrissimus reponit, Canones pæcipere, ut dicta regula eligatur in omni materia, ubi vertitur salutis periculum; & in hanc rem denuo citat eosdem ferè textus; sed ut jam dixi, nemo negat, ubi agitur de salutis periculo, tutoire partem tenendam esse, quia scilicet opposita tuta non est; ut revera tutum non est, dubium de Baptismo non rebaptizare; per dubiam exceptionem, velexemptionem, certam excommunicationem tolli; Presbyterum non baptizatum iterum non ordinari; subfite re secundum matrimonium, cum impedimento certo publicæ honestatis, differre pænitentiam & reconciliationem ad extreamum usque agoniam; idem dico de omnibus aliis casibus, in quibus certum jus, certa lex, certa obligatio intercedit, à qua dubia interpretatione vel exemptio, vel solutio nunquam existit; ac proinde cum una pars certa & tuta non sit, quid mirum, si opposita tutam, seu tutoirem adversative, ut vocant, non comparativè sequi teneantur? ita respondeo ad illud decretum S. Congregationis Concilii de promoto ad Ordinem Subdiaconatus, de quo dubitatum est, an furiosus esset, nimurum certam esse ordinationem, incertam verò exceptione, ac perinde per istam, illam non tolli. Reprobat etiam, num. 221. interpretationem illorum text. cap. ad audientiam, cap. significasti, quod scilicet in iis agatur de dubio homicidio, non verò peccati, eo quod Pontifex judicaret, tutius esse abstinere, quia scilicet abstinentia nullum malum sequebatur; ac verò abstinentia, illud, quod fortè Homicida celebraret; cuius rei vel sola dubitatio, populo scandalo esset poterat, ob summam indecentiam; vult autem Illustrissimus in ea ratione dicos Canones minime fundari, sed in illa universalis, quod ubi vertitur salutis periculum & animæ securitas, pars tunc eli genda est. Fatetur ultrò in dubiis, in quibus agitur de salute animæ & materia peccati, tutoire, seu potius tutam partem eligendam esse; & quotiescumque judicium practicum certum non est, & omnis dubitationis, seu formidinis expers ut accidit, in dubiis, circa materiam, formam, validitatem sacramentorum, &c. item circa medicamenta, partium jura, bellum justum aliaque hujusmodi, de quibus opiniones verò ac certò probabiles non sunt: item circa excommunicationem dubiam, eo modo quem supra satis facilè exposuimus; in his inquit dictam regulam ultrò admittimus, sed quod in d. cap. ad audientiam, & cap. significasti, 2. salutis periculi animæ, & peccati mentio hat, ut Illustrissimus statuit, negandum est; licet enim Pontifex dicat, magnum periculum timeri, si Presbyter ille celebraret, intelligi debet de periculo scandali, & indecencie, si fortè Homicidam Populus celebrante spectaret; falsum est igitur quod dicit Illustrissimus, num. 224. rationem illam de tunc parte eligenda, ad evitandum periculum peccati, expressam esse in Canone, nimurum, cap. ad audientiam, & cap. significasti, legere scimus, Dei gratia, in dicto Canone ea non legimus, quæ in eo Illustrissimus expressa esse constan tissime assert.

44. PITHANOPH. A num. 225. ad num. 229. refel lere conatur tritum illud, efficax licet, argumentum, quod nimurum opinioni probabili formido etiam insit, neque illam sequi licet, quotiescumque op-

posita tutoire est; vim hujus argumenti Baro sensat, unde hoc concedere non dubitavit; sed illustrissimus altam respositionem opponit, nempe probabiliorem certam esse moraliter; quod cum alio jam explosum fuerit, frustra iterum ac tertio dilueretur, Sylvester & Navarrus, quos pro sua sententiis citat à nostris partibus stare, jam non semel ostensum est, & tutoire tantum eligendam esse dicunt, quando vel jura sunt expressa, vel ex electione alterius imminet periculum peccati mortalis; sic enim dicitur verbis Sylvester, r. Dubium, quæst. 2. num. 2. Questionem portò illam, quam exempli loco adductum num. 226. an scilicet circumstantia notabiliter aggravantes necessario in confessione exprimende sint, ultrò admittit, damnique illam, quæ negat, esse probabiliem; nullus tamen negare ausit, opposita esse probabilem; quis enim dicat improbabilem: cum & gravissima rationum momenta, & doctissimi auctores pro illa militent; igitur cum probabili suum altera probabilius quidem, non tamen certa est; quia certa opponitur improbabili, ut sapè dicitur; idem de alia probabiliore dicendum est, quam etiam exempli loco adductum, num. 227. quod scilicet is, qui peccati mortalis sibi conscientia est, non tenetur statim confiteri: manet igitur indissolubile argumentum, nec est quod timeat Illustrissimus, ne forte certior sit opinio probabilius, maneat conscientia opinionis opposita, quia is, qui sequitur opinionem probabilem, sive aquæ, sive minimis, sive magis, habet conscientiam certam, id est, judicium practicum certum de honesto illius usu, unde habet non potest conscientiam de opposito ut pater, sicut ergo Illustrissimus, qui conscientiam tandem probabilem à nobis adstruit, sibi perperam perficiat, quod verò pertinet ad locum D. Thom. quodlib. 8. art. 13. nobis haud dubiè saper, qui omnem omnino dubitationem à conscientia excludimus; nec aliter exponi potest. S. Doctor nisi vis maxima ejus verbo inferatur; de quo latius accurate actum est in superioribus congressis.

45. ANTIM. Ad tertiam tandem conclusionem delendit Illustrissimus, nimurum quando sunt opiniones utrimque probabiles, nec appetet quoniam sit probabilius, aut tunc non est liberum, alterum eligeret, sed servandam sunt regulæ à jure in dubiis praæscriptæ, v.g. in dubio, pro validitate auctoritatem, preferendum quod fieri solet, id est, iuxta probatam consuetudinem, meliorem esse condicione posse; pro reo potius judicandum, quam pro auctore, nisi sit causa favorabilis, puta matrimonii, libertatis, & dotis; preferendum, quod benignus est, quod verisimilius, quod plerumque fieri solet; sed inquit, hujusmodi regulæ funditus eventur, si alterutrum partem ad libitum sequi licere cuncta hec ad forum judiciale pertinent, in quo, Iudex per leges, secundum dictas regulas judicare jubetur, ut perspicuum est, nec Illustrissimus inficias ibit. Et verò fatetur ultrò, bonum Judicem nihil ex arbitrio suo facere, sed juxta leges & iuris pronuntiate; imò si res prorsus ambigua sit, abstinentiam illam est a judicio, & partes ad concordiam & transactionem reducendas; unde perperam nostri Theologis exprobrat, num. 237. quali doceant Judicem pro arbitrio judicare posse secundum quamlibet opinionem, etiam minus probabilem; cum tamen omnes ferè nostri refragentur ut Sanch. cap. 9. num. 47. ubi citat Sot. Valent. Bannez, Manuel. Lodesm. Valsq. Azor. item Lugo, disp. 37. f. 10. ubi citat præter allegatos, Laym. Villalob. Maled. Ellius.

Pallatum, Beccan, Tanner, Castro-Palao, de conscientia.
dicitur, p. 10. num. 2. ubi citat Sua. Coninck, &c.
imologo, statibus iuribus & probationibus aequaliter
liberator est Judicis, ut res dividatur, ut faciendum
efficiatur Suarez, Sayus, Coninck, & alii, quos
appellat Castro-Palao, alios addensare possem, sed
futuris videtur igitur illustrissimus, an Theologi
dicunt, Judicem pro arbitrio judicare posse secun-
dum quaecumque opinionem probabilem.

46. PITHANOPH. Num. 241. adducit text. in
excommunicatione. ex quo firmari
contendit illustrissimus suam doctrinam, sed parum
applicat, meo iudicio; si enim alter conjugum cer-
tum intercedere impedimentum, nec petere debet,
nec reddere; si vero probabile tantum credit, po-
tebit credere, non tamen petere, aut Innocentius
ne illi nevel contra conjugum legem, vel contra ju-
dicio conscientie agat; si demum credulitate
damnum levi ducitur reddere simul & petere po-
tebit: et hoc textus, non modo sententia nostra non
impugnat, sed dubitabiliter confirmatur; nam si al-
ter conjugum certus est impedimenti, improbabile
est, validum elemosinorum, ac proinde nec pete-
re, nec reddere potest, quia certa esset fornicatio; si
enim in levis credulitate de impedimento, qua mi-
nime sufficit ad veram probabilitatem, improbabili-
le est intercedere impedimentum, certum igitur re-
turn esse matrimonium; petere igitur & reddere po-
tebit, à demum probabile est intercedere impedimen-
tum, ac proinde probabile tantum validum esse ma-
trimonium, est etiam probabile sive reddat, sive pe-
tetur, si fornicatum, probabile item non esse
fornicatum, igitur tum reddendo, tum petendo ha-
bentiam dubiam; practicè igitur, ut ajunt,
duobus reddendo igitur peccat, nec dicas ex duobus
minus eligi; minus enim malum est, reddendo
suum, juxta conjugum legem, licet contra ju-
dicio conscientie, quam non reddere, quia hoc
non est, quin revera malum sit, quamvis minus;
populus igitur conscientia perplexa, sed illud
naturae errore, alioquin necessitate peccandi tene-
runtur, autem liberari non potest, juxta sen-
tentiam adversariorum, in qua iudicium conscientie
cum formidine coniunctum, stante op-
pinione probabile, ac vero juxta nostrum, cum sit ve-
racemente non intercedere impedimentum, sed es-
timandum matrimonium, certum iudicium practi-
cense potest de honesto usu dicta opinio-
nis probabile, unde non reddit cum formidine, nec
necessitate iudicium conscientie reddendo. Sed hæc
non immprobatur, cumpatiter à quæ conclusi pos-
it, iudicium esse, petere in eo casu, cum certò ju-
dicio conscientie dicta opinio probabilis, quia scilicet
matrimonium validum adiutavit, honestum & licitum
est.

47. ASTIM. Non satis erat, textus auctorum &
SS. Canonum ab Illustrissimo mutari, immixti
amplificari, nisi etiam textum sacrum mutaret;
cujus rei luculentiam fidem facit, num. 244. ubi re-
ferit in hunc modum locum Deuter. cap. 17. v. 8. Si
difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspereris,
& iudicium intra portas tuas ruderis verba variari, venies
ad Sacerdotes, & ad judicem, qui fuerit illa tempore,
&c. & facies quacumque dixerint, sequerisque eorum
sententiam: quam multa hæc virtus, viz. crederem, ni-
si meis oculis fides habenda esset: 1. enim post
verbum perspereris, hæc subduxit, inter sanguinem &
sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: 2. post
verbum variari, hæc etiam subduxit: Surge &
ascende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus. 3. post
verbum venias, omisit coniunctionem copula-
tivam, que: 4. post vocem Sacerdotes, omisit has
duas, Levitici generis. 5. post verbum dixerint,
supressit hanc clausulam, qui presunt loco, quem
elegit Dominus, & docuerint te, juxta legem ejus.
6. vocem quacumque, potuit, pro quodcumque;
7. denique versum 8. compositum ex 8. 9. 10. 11.
sed cur hæc? ut traduceret ad opinionum mora-
lium veritatem, de qua tamen hoc loco non
agitatur, sed de causis legalibus, tum sacris, tum
judicialibus, in ordine ad judices, in singulis civi-
tatis.

48. PITHANOPH. Igitur non jam est opinio pro-
babilis, quod reddere debeat, cum enim certa sit obli-
gatio, certum est, quod reddere tenetur; ergo non
tantum probabile.

49. ANTIM. Ita est, sed cum Judex exjure certo
præsumpto unius partis, alteri certam obligationem
imponere valeat, non mirum est igitur, si Pontifex,
quis sacerdotum est supremus Judex, reddendi certam
obligationem imposuerit, conscientia impedimenti, cui
tamen petendi potest non facit; fundatus scilicet
tum in certo iure præsumpto alterius, tum in jure
tantum probabile & incerto istius. At vero præscin-
dendo ab Ecclesiæ lege; cum alter conjugum, con-
scientia scilicet impedimenti, certò judicare possit, usum
illius opinionis probabilis de validitate matrimonii
honestum & licitum esse, haud dubiè & reddere, &
petere jure valeret, non tamen reddere teneretur,
cum jus petendi alterius non certum, sed probabile
tantum esse censeret; nec enim sive petendo, sive
reddendo, contra iudicium conscientie ageret: i-
dem prorsus de c. Dominus, de secundis nuptiis, dicen-
dum est.

50. PITHANOPH. Reddit illustrissimus num. 242.
ad cap. illud, de clericis excommunicatis, quod iam toties citavit, &
num. 243. vult ex eo probari, credulitatem, seu op-
pinionem probabilem non eximere peccato mortali
eum, qui tuiorem partem non eligit. Ad dictum e. illud,
non semel resonum est, non esse opinionem proba-
bilem, quod talis exceptio eximere potuerit illum
hominem ab incurrienda excommunicatione; &
malè putat illustrissimus, quoniam credulitatem esse
opinionem probabilem, unde non miror, sententiam
nostram abominabilem ipsi videri, qualis revera es-
set, si de qualibet, quantumvis levi & temeraria crie-
dulitate à nobis diceretur, quod de opinione vera
ac certò probabili adstruimus.

51. ANTIM. Non satis erat, textus auctorum &
SS. Canonum ab Illustrissimo mutari, immixti
amplificari, nisi etiam textum sacrum mutaret;
cujus rei luculentiam fidem facit, num. 244. ubi re-
ferit in hunc modum locum Deuter. cap. 17. v. 8. Si
difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspereris,
& iudicium intra portas tuas ruderis verba variari, venies
ad Sacerdotes, & ad judicem, qui fuerit illa tempore,
&c. & facies quacumque dixerint, sequerisque eorum
sententiam: quam multa hæc virtus, viz. crederem, ni-
si meis oculis fides habenda esset: 1. enim post
verbum perspereris, hæc subduxit, inter sanguinem &
sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: 2. post
verbum variari, hæc etiam subduxit: Surge &
ascende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus. 3. post
verbum venias, omisit coniunctionem copula-
tivam, que: 4. post vocem Sacerdotes, omisit has
duas, Levitici generis. 5. post verbum dixerint,
supressit hanc clausulam, qui presunt loco, quem
elegit Dominus, & docuerint te, juxta legem ejus.
6. vocem quacumque, potuit, pro quodcumque;
7. denique versum 8. compositum ex 8. 9. 10. 11.
sed cur hæc? ut traduceret ad opinionum mora-
lium veritatem, de qua tamen hoc loco non
agitatur, sed de causis legalibus, tum sacris, tum
judicialibus, in ordine ad judices, in singulis civi-
tatis.

tatibus, juxta legem, constitutos, ut constat ex iis, quæ data opera suppressa fuere; ita prorsus Cornelius à Lapide in hunc locum & aliis, nec Doctor Angelicus hoc loco utitur contra nostram sententiam, sed potius contra sententiam Adversariorum, nimirum ante definitionem & sententiam judicium, non statim in severiore partem eundam esse, sed in mitiorem; tulegesis; unde vides, quām bene probet Illustrissimus suam sententiam repetit etiam num. 245 cap. veniens de presbytero non baptizato; sed nemo unquam dixit, opinionem verè probabilem, ordinatum ante baptismum denuò ordinandum non esse; præsertim post decretalem illam Innocentii III. unde viderit Illustrissimus qui constanter asserit, verè probabilem esse; quod certè miror, ab eo dici, ut & sūtineri, Sacramentum matrimonii à non baptizatis initii; quod Florantino penitus repugnat, à quo baptismus janua Sacramentorum appellatur: Quod autem dicit de Eucharistia, non baptizandis porridenta, parum Theologicum est; sed jam supra cautē obseruatim eit, dubitationes, seu rationes illas in dict. c. veniens, circa hoc expositas, non esse Pontificis, sed eorum, qui de illo casu coram Ferrarensi disputationarunt, unde juxta notas margini prudenter appositas, illud coram robo deest in texu: non est igitur opinio verè ac certò probabilis, non baptizatum ordinari posse; sed hoc Canonistar, seu potius decretistar condonandum, nempe hujusmodi auctoribus sat solēne est, ut non raro hallucinentur in Theologis, si forè aliquando suam falcam mittunt in Theologorum messem.

52. PITHANOPH. Memini, multa in hoc generē à te olim observata fuisse, & ex iis nonnulla mihi communicata; illud Abb. lepidissimum mihi visum est, in cap. significasti, delect. num. 4. ubi sat multis contra auctoritatem Romani Pontificis cum dixisset, quorum causa, cum ab Illustrissimo nostro, am. à Sylvestro, v. opinio, num. 2. jure correptus est, quia in dict. cap. veniens, fit mentio Apocrisiarii; hi erant nunzii, vel legati Romani Pontificis ad Imperatores, seu populos Orientis; dicitur, inquit, Apocrisiarius ab aps., quod est nuntius, & Chrys. quod est aurum, quasi nuntii deaurati; dicunt tamen, quod nuntii Papæ non sunt tales, sed plumbati; sed dicit, quia nihilominus dici possunt deaurati, quia dant plumbum & reportant aurum: ridiculam certè Etymologiam, & tanto indignam auctore; ab aps., inquit, quid est illud aps? inaudierat forè aliquid de voce Graca ατριστα, id est, mitto, & cum totam adhibere ad intentum non posset, medium adhibuit; in alia voce Chrys. geminum vitium est: nam Apocrisiarius non scribitur per x, sed per z, nec per v, sed per i. Sed ut plumbum illud scōma Romana Curiæ impingeret, etiam contra Grammaticam peccare non reculavit, id est, minus peccare, ut gravius peccaret; sed quæso te pergamus.

53. ANTIM. Hæc quidem per jocum aliquando, nonnulla memini adnotasse in Euphyandro meo; cæterū magnos illos SS. Canonum interpres magnificendos semper esse putavi; nec etiam defuncti nostros inter Theologos, quibus nonnulla inepta & absurdā exciderint; credo mihi, quod libet hominum genus, suis vitiis non caret, sed pergamus, ut vis. Num. 246. ultimò & efficaciter, inquit, suam sententiam probat, quia qui judicat probabiliter, aliquid esse licitum, cum habet scrupulum de opposito, agit contra dictamen conscientiæ, & peccat nisi deponat scrupulum & conscientiam erroneous; ergo multò magis peccat, si de opposito non solam

habeat scrupulum, sed etiam opinionem æquè probabilem: ita Illustrissimus ad verbum; vix autem dubitare, quin hæc sint auctoritatis, nec enim mihi facile persuadetur, hæc Illustrissimo etiam per incognitiam excidisse, cum reverè sint Hominis, qui vel sūtineret, vel non capiat terminos, vel ratioinari non sciat; sed ut hoc, non apud doctos utcumque, illi enim primo intuitu perspicunt, sed apud radiores & Tyroneos constet, quomodo fieri potest ut is peccet, qui judicat probabiliter aliquid esse licitum; quia enim lege hoc veritatem est? fateor ulti, non posset ut operari, nisi certò judicet, licitam esse operationem, sed Illustrissimus non loquitur de operatione, sed de judicio probabilis, quod non unquam dixit, peccatum esse; aliud enim est judicium probabilitate aliquid esse licitum, aliud illud ipsum agere: deinde judicium probabiliter est tantum conjunctum cum scrupulo, sed cum formidine de opposito, quod ipsem Illustrissimus paucis post versibus ultrò facetur: plus est, inquit, habere opinionem, probabilem sicut et scrupulum; denique non est, quod deponat conscientiam erroneous, tum quia hæc non agitur de conscientia, sed tantum de judicio speculative probabilis; tum quia judicium probabile error dici nequit; accedit, quod hæc nihil prorsus ad usum opinionis probabilis, quem non quam adhiberi posse, dicimus, absque judicio patetico certo, quod proxima est operationis humana regula; unde corrunt omnes Adversariorum machina, quia reverè præmissò dicto judicio prædicto, sine illa formidine & dubitatione, in modo sine illo sensu & temeraria credulitate operamur. Citandum in hac rem, num. 249. cap. per tuas, 1. de mon. in quo bis errat: primo quidem, quia citat, cap. per tuas 2. cum tamen sit, cap. per tuas 1. Secundò, quia dicit, ibi agi de Monacho ordinato ab Episcopo, quem credit simoniacum, ac proinde formidabat, ab eodem ad superiores Ordines promoveri; quod tamen falsum est: nam ille Monachus, ut diferteligitur in texu, à Diccelano Episcopo fuit in Subdiaconum ordinatus, sed postmodum dicit, ex relatione quorundam, quod Episcopus multoties commiserat vitium simoniae; propterea idem Monachus in suscepito formidat ordine ministrare, nolens ab eodem Episcopo ad superiores Ordines promoveri; ita textus: Responderet Pontifex, ut in suscepito Ordine securè ministret; recte quidem, quia eo tempore, quo fuit ordinatus, non credit Episcopum ordinatum simoniacum esse, ut Illustrissimus innueret, sed postmodum tantum; non posse tamen durante hujusmodi scrupulo seu credulitate, superiores Ordines ab eodem suscipere, nisi credulitatem illamtemerè admissem deponat; sed hæc nihil ad nos, quia nunquam diximus, contra conscientiam, quemquam licite operari posse; at requiri semper judicium pateticum, quod omnem prorsus dubitationem excludat.

54. PITHANOP. Regerit denud, num. 251. texum Aristotelis dicentis, non esse nobis liberum opinari, quem suprà jam discussimus, uti & Doctoris Angelici locum, ex quodlib. 8. art. 13. toties ventilatum, ex quo illud unum dumtaxat probatur, conscientia judicium certum esse debere, & omnis formidans expers; quod autem ibi loquatur S. Thomas de conscientia, certo certius est; cum enim de illo causa agat, qui in contrarietate opinionum versatur; fieri non potest esse contrarietatem opinionum, nisi intervenerit judicium speculativum probabilis; igitur cum aliqua formidine conjunctum. Imponit autem Illustrissimus

DIALOGUS IX.

De opinione Probabili.

In quo alia quæ sequuntur ejusdem tractatus eodem modo refutantur.

1. ANTIM. **H**oc ipsis temporis momento, de te cogitabam, Pithanophile, & cupiebam ex te rescribere utrum hoc unico congressu, provinciam istam à nobis suscepimus terminari & absolviri posse putemus; ego sanè, vix crediderim; maxima enim rerum Sylva restat & grandis messis terenda; modum tamen ubertati materia ponemus; cum ea duntaxat à nobis discutienda sint, quæ nostris imponit; cum exteri defensione nostra minimè indigent. Præterim cum lis non desint, qui hoc munere probè defungi valeant.

2. PITHANOPH. Prævertisti; idem enim sentio; spero tamen, fore ut hoc & altero congressu totam rem istam perficiamus; faxit Deus: & ut dicere incipiamus, num. 253. proponit quæstionem illam, ut vocat, principalem, in quam vix primum adspectum conjecti, cum à cœpto consilio nobis abstinentium esse duxi, sic enim quæstionem, ut vides, proponit, cum in aliqua controversia morali due sunt opiniones oppositæ, quarum una probabilis & minus tutæ; quia affirmat actum esse licitum, & ideo subest peccati periculum; opposita verò probabilior & tutior, an liberum sit, hac relicit, illam amplecti; nullam in hoc controversiam agnoscimus; quia fatemur ultiro, liberum non esse, illam amplecti, quæ peccati periculō subest; cessat igitur omnis difficultas, & nullus restat disputandi locus.

3. ANTIM. Ita est; partes in hoc convenienter; aliquos enim nihil moror, qui judicio practico probabili contenti cum dubia, seu formidolosa conscientia, ac proinde cum proximo peccati periculo rectam operationem stare posse, dixerunt; istos, inquam, nihil moror, quoru[m] lentitiam periculosa esse, credimus; sed si pauci sunt, & majori saltē ex parte Gregorii; ab ha[bi]ta nota doctissimos viros Sanchez & Vasquez in secundo congressu solliciter vindicavimus; quod si recte memini, tibi gratissimum accidit, dolebas enim, duos illos à nostris partibus non stare; itaque, ut jam s[ecundu]m numero diximus, judicium illud practicum certum esse volumus, & conscientiam tutam, ac proinde ab omni peccati periculo immunem & liberam; quare hæc quæstio in hunc modum proponitur, utrum in remorali, ex duabus opinionibus verè probabilibus, liceat minus probabilem & minus tutam sequi ad praxim; & si forte intra istos fines Illustrissimus continuisset se, sustinere utique potuissimus; cum illa opinio saltē sit probabiliter probabilis; nimis per locum extrinsecum. Hacigitur denunciatione præmissa, & num. 254. ad num. 256. illam sententiam proponit, per quam illius auctores asserunt, lictum esse, minus probabilem & minus tutam sequi; & fatetur ultiro, Lorca & Ludovico à Cruce citatis,

Q communem